

Zeitschrift: Zeitschrift für schweizerische Kirchengeschichte = Revue d'histoire ecclésiastique suisse
Herausgeber: Vereinigung für Schweizerische Kirchengeschichte
Band: 62 (1968)

Artikel: Johannes von Segovias Stellung zur Präsidentenfrage des Basler Konzils

Autor: [s.n.]

Kapitel: Modus et forma, quibus ambasatores pape admisit concilium ad presidendum post multas difficultates

DOI: <https://doi.org/10.5169/seals-129209>

Nutzungsbedingungen

Die ETH-Bibliothek ist die Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften auf E-Periodica. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Zeitschriften und ist nicht verantwortlich für deren Inhalte. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern beziehungsweise den externen Rechteinhabern. Das Veröffentlichen von Bildern in Print- und Online-Publikationen sowie auf Social Media-Kanälen oder Webseiten ist nur mit vorheriger Genehmigung der Rechteinhaber erlaubt. [Mehr erfahren](#)

Conditions d'utilisation

L'ETH Library est le fournisseur des revues numérisées. Elle ne détient aucun droit d'auteur sur les revues et n'est pas responsable de leur contenu. En règle générale, les droits sont détenus par les éditeurs ou les détenteurs de droits externes. La reproduction d'images dans des publications imprimées ou en ligne ainsi que sur des canaux de médias sociaux ou des sites web n'est autorisée qu'avec l'accord préalable des détenteurs des droits. [En savoir plus](#)

Terms of use

The ETH Library is the provider of the digitised journals. It does not own any copyrights to the journals and is not responsible for their content. The rights usually lie with the publishers or the external rights holders. Publishing images in print and online publications, as well as on social media channels or websites, is only permitted with the prior consent of the rights holders. [Find out more](#)

Download PDF: 22.08.2025

ETH-Bibliothek Zürich, E-Periodica, <https://www.e-periodica.ch>

MODUS ET FORMA, QUIBUS AMBASIATORES PAPE
ADMISIT CONCILIUM AD PRESIDENDUM
POST MULTAS DIFFICULTATES

(1) In sacro generali Basiliensi concilio die lune xv februarii anno Domini millesimo quadringentesimo tricesimo quarto apud ecclesiam maiorem in congregacione generali per Iohannem archiepiscopum Tarentinum, Petrum episcopum Paduanum et Ludwicum abbatem Sancte Iustine Paduane ^a presentate fuerunt tres bulle tenoris sequentis: *Eugenius* etc. ¹, pecieruntque requirentes ^b admitti ad presidenciam concilii prout in eis continebatur ^c. Deinde super examinacione dictarum bullarum per sacras ^d deputaciones fuerunt deputati patriarche ^e, archiepiscopi, episcopi, abbates et doctores divini ac iuris humani numero XL, qui una cum dominis cardinalibus quasi continue mane et sero convenerunt in refectorio Sancti Francisci, et post multas discussiones quasi quatuor partes ex ipsis convenerunt in hoc, quod presidentes nominati in dictis bullis non possent aut ^f deberent admitti bullarum predictarum vigore, sed ^g pro honestate concilii et honore pape ac sedis apostolice aliqui in ipsis nominati et specialiter reverendissimi patres et domini Nicolaus et Iulianus cardinales Sancte Crucis et Sancti Angeli, possent per concilium admitti cum certis qualificacionibus ^h avisamentis per ipsos dominos deputatos avisatis. Deinde tercia die marci fuit facta relacio in deputacionibus de predicta discussione habita, et summa relacionis facte in altera deputacionum est hec, paucis additis vel mutatis, que ut attencius intendantur, formantur in tale dubium: (2) Utrum in dictis bullis nominati debeant sive possint admitti illarum vigore, salvis auctoritate et libertate generalium conciliorum, specialiter Constanciensis et huius ^a, ipsorumque decretis ac preeminencia potestatis, que in ecclesia residet supra ^b cunctos fideles.

(3) Inprimis notatur, quod principalis bulla ¹ dicte presidencie continet in se quatuor: scilicet preeminenciam pape ad concilium pro eo, quod disponit suos presidere legatos ^a; secundo auctoritatem ipsorum

(1) ^a sic V 2, Paduanensis *cett.* ^b recipi querentes H ^c tenebatur V 1 ^d quatuor *add.* H V 2 ^e patriarcha V 1 ^f et B 1.2 M ^g quod *add.* H ^h et *add.* H

(2) ^a Basiliensis *add.* H V 2 ^b super H

(3) ^a non solum in concilio, sed concilio *add.* H V 2

(1) ¹ Mansi 29 p. 575 E – 578 D

(3) ¹ Mansi 29 p. 575 E – 577 B, cf. IOH. SEGOV. hist. 7,15 p. 608

et subauctoritatem concilii, quia datur eis potestas statuendi, diffiniendi^b etc. cum consensu et approbacione concilii; tertio coactivam iurisdiccionem absque omni limitacione; quarto continet generalem facultatem ad omnia, specialiter exprimendo posse dare modum et ordinem celebracionis dicti concilii. Ex quibus omnibus manifeste resultare videtur superioritas pape ad concilium simpliciter et absolute in omnibus causis^c absque modificacione.

(4) Super premissis ab illis, qui tenuerunt partem affirmativam, vide-licet quod deberent admitti, fuit inductum:

Primo prefatos admitti debere in presidencia ex hoc, quod papa est caput ecclesie prout in decretis^a. Quod eciam sit caput ecclesie, probatur ex decretis Constanciensis concilii¹, in quo (*sic*) dicitur, quod qui-libet fidelis, eciam si papalis dignitatis sit, teneatur obedire generali concilio legitime congregato in hiis, que pertinent ad generalem refor-macionem ecclesie in^b capite^b et in membris. Constant autem hoc intelligi de papa², qui est caput ministeriale^c ecclesie, non autem de Christo. (5) Unde de Petro primo summo pontifice allegatur a sanctis doctoribus, quod erat vertex et os collegii apostolorum, quia ipse primus erat inter eos et pro omnibus sepe Christum interrogavit, quasi omnes loquerentur per eum. Sic igitur summo pontifici competenter in conciliis, ideoque nomine suo fiunt decreta approbante concilio, eciam in materia fidei, ut in capitulo *Damnamus De summa trinitate et fide catholica*¹. Itaque^a quandocumque papa in concilio personaliter est, ipse tamquam caput presidet competuntque sibi omnia, que pertinent ad presidenciam, videlicet quod primus sedeat, primus loquatur, dirigat in agendis concilium et deliberata concludat. (6) Quod autem papa in^a conciliis personaliter non sistente legati sive nuncii sui nomine suo presideant, probatur ex gestis conciliorum generalium Ephesini et Calcedonensis, que sunt de quatuor conciliis maioris auctoritatis in ecclesia Dei, ubi patet tam ex commissione pape contenta in litteris apostolicis quam subscripcionibus ipsorum legatorum pape vocari presidentes. Hoc eciam probatur ex gestis concilii Senensis¹, quod fuit celebratum anno Domini MCCCCXXIV^b,

(3) ^b destituenti *B* 1.2 *V* 1 discernendi *B* 3 *M* ^c et *add. H* *V* 2

(4) ^a cf. *Add. 1* (p. 93). ^b *om. M* ^c universale *V* 1

(5) ^a ita *V* 2

(6) ^a *sic V 2, om. cett.* ^b MCCCCXXVIII *codd.*

(4) ¹ Mansi 27 p. 585, COD p. 384,12 ss, Mansi 27 p. 590 s, COD p. 385,2,4, wiederholt Mansi 29 p. 91 B-D ² cf. Mansi 28 p. 497 B

(5) ¹ Mansi 22 p. 982 ss. Denzinger 431

(6) ¹ Mansi 28 p. 1075 C

ubi eciam in decreto publice sessionis vocantur presidentes, qui erant legati pape. (7) Nec obstat decretum concilii Constanciensis, in quo dicitur, quod papa tenetur obedire concilio in hiis, que pertinent ad generalem reformacionem ecclesie ^a in capite et in membris, quia intellectum huius decreti idem concilium exponens in XL ^b sessione inter cetera statuit sic: *Quod futurus summus ^c pontifex per Dei graciā de proximo assumendus cum hoc sacro concilio vel deputandis per singulas naciones debeat reformare ecclesiam in capite ^d et curia Romana secundum equitatem et bonum regimen ecclesie*¹ etc. Ex hoc eciam infertur, quod cum ad papam pertinet ^e facere ^e reformacionem ^e ecclesie eciam in capite, ad eum in ^f se ^f vel legatis suis pertinere (*sic*) presidenciam in hoc concilio, eciam si sit congregatum ad reformacionem generalem ecclesie in capite et in membris; et hoc modo videtur dictum concilium intellexisse, quia decreta, quecumque in materia reformacionis ibidem post eleccionem pape facta fuerunt, facta sunt nomine pape sacro approbante concilio.

(8) Item probatur ^a: Nam propter congregacionem ecclesie in concilio generali papa non perdit plenitudinem sue potestatis nec ipsius exercitium. Sicut ergo, quando concilium non est congregatum, omnes fideles obligantur stare disposicioni sue, ita et in concilio congregato. Et cum papa per dictas litteras disponat, quod sui legati debeant presidere, diffinire et statuere in concilio, ergo disposicioni sue est standum.

(9) Item: In omnibus indifferentibus omnes fideles obligantur ad obedienciam pape simpliciter. Dare autem presidentes concilio sive admitti est quid indifferens, ergo standum est disposicioni sue.

(10) Item quia omnis plenitudo potestatis in ecclesia Dei preter eam, que est ^a ordinis permaxime coactive iurisdiccionis, est tota in summo pontifice et ab eo oritur ^b in omnia membra ecclesie estque in ipso sicut quoddam totum et totaliter, ut ipse sit totum nec faciat partem cum aliis. Nam quamcumque potestatem habet curatus, episcopus,

(7) ^a om. V 2 ^b sic (XXII) B 3, XXXII B 1 H ^c Romanus Mansi ^d et in membris add. B 1 ^e pertinere debet reformacio B 3 M ^f om. M

(8) ^a ex multis auctoritatibus decretorum et decretalium, ubi apertissime dicitur, quod numquam fuit, est aut erit legitimū concilium, nisi quod sit summi pontificis auctoritate suffultum, et quod ab eo generalia concilia robur et auctoritatem recipiunt ¹ add. H V 2

(10) ^a sic H V 2, om. cett. ^b originatur H

(7) ¹ Mansi 27 p. 1164 BC, COD p. 420,3 ss

(8) ¹ cf. DECRET. Grat. I dist. 17 c. 2 (ed. Friedberg p. 51)

archiepiscopus vel patriarcha in administracione sibi commissa, id totum habet papa, potestque eam per se in omnibus administracionibus inferiorum prelatorum exercere. Sicut non dicimus, quod maior potestas est in omnibus iudicibus constitutis per multas civitates quam in rege, qui eos constituit, sic ergo cum omnis iurisdic和平 et potestas, que est in ecclesia, ortum habeat ex plenitudine potestatis, que est in papa, etiam in concilio generali ratione dicte plenitudinis vendicat sibi presidenciam, attentis maxime auctoritatibus in volumine decretorum, nedum summorum pontificum, sed generalium conciliorum, asserentibus, quod nullum unquam fuit ^c aut ratum esse potest concilium, quod auctoritate summi pontificis non fuerit stabilitum ¹.

(11) Item cum secundum Aristotelem in Ethicis et Politicis triplex sit species politie ordinate ^a sive boni regiminis, scilicet regnum ^b, quando multitudo regitur per unum, aristocracia, quando per paucos virtuosos, et oligarcia, quando per plures. Inter has optimus modus est policia regni. Cum ergo Christus instituit ecclesiam suam disponendam optimo regimine, sequitur, quod illud est ad modum regni, et sic constituit unum supremum ierarcham ^c, a quo omnis potestas regiminis dependeat, videlicet summum pontificem, qui est caput ecclesie. Et quoniam in concilio precipue debet fulgere perfectum regimen, sequitur, quod ibi est optimus modus regiminis, scilicet principatus regni, ita ^d ut ab uno omnia disponantur et principaliter dependeant, et sic competit sibi presidencia. Ad hoc faciunt auctoritates sanctorum Cirilli, Dyonisii ^e et ^e aliorum ^e multorum ^e ¹.

(12) Item probatur admitti debere ex promissione per concilium Basiliense facta pape in XIV sessione ¹, quod si adhereret, esset caput concilii ^a et quidquid honoris ^b dici vel excogitari posset ^c.

(13) Item videtur, ne opponatur contra concilium incurrere notam, quod sit inter ipsum et papam contencio, quis eorum videatur esse maior, quam questionem in discipulis suis Christus dure reprehendit.

(10) ^c om. B 2

(11) ^a sic V 2, ordinati cett. ^b regimen B 2 V 2 ^c sic H, patriarcham cett.
^d om. B 2 M V 1 ^e sic V 2, om. cett.

(12) ^a quod fidelissime facerent pro suo honore add. H V 2 ^b om. H V 2 ^c recipere autem suos presidentes cum potestate eis concessa pertinet ad honorem pape add. H V 2

(10) ¹ cf. DECRET. Grat. I dist. 17 c. 2 (p. 51)

(11) ¹ cf. DECRET. Grat. I dist. 16 c. 7 (p. 44 s)

(12) ¹ cf. Mansi 29 p. 74 ^c

Amplius autem, quod deceret sequi consilium apostoli: *Nihil per contencionem aut inanem gloriam, sed in humilitate superiores invicem arbitrantes*¹, et alibi: *Honore invicem prevenientes*².

(14) Item quia hoc concilium in sui principio admiserit bullam de presidencia in persona dicti domini Iuliani dyaconi^a cardinalis in Germania legati¹, in qua non, secundum quod in istis², cum *consensu et approbacione concilii*, sed dicebatur solum cum *consilio*^b concilii³ posse diffinire et statuere etc.

(15) Pro alia parte, videlicet quod dicti presidentes non debeant vel non possint admitti^a salvis suprapositis^b, fuit inductum quadrupliciter: primo ex dignitate ecclesie; secundo ex auctoritate, qua generalia concilia usa fuere a principio quo celebrari cuperunt; tertio ex decretis et gestis concilii Constanciensis; quarto ex decretis et gestis huius concilii.

(16) Quantum ad primum presupponitur, quod ecclesia est corpus et sponsa Christi ipseque eam diligit super omnem creaturam, iuxta doctrinam apostoli in^a epistola^a ad Ephesos¹ et aliis pluribus locis.

(17) Secundo, quod ecclesia ex ordinacione Christi debet manere usque in finem mundi. Patet, quia novum testamentum dicitur eternum et Math. ult.: *Ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem seculi*¹; item ibi: *Non preteribit generacio hec, donec omnia fiant*^{a2}.

(18) Tercio, quod Christus sic et in tantum diligit ecclesiam suam, quod ne erraret^a promisit sibi suam assistenciam. Patet ex dicto verbo: *Ego vobiscum sum*¹ etc. Christus autem non est cum errantibus, saltem eo modo, quo promisit^b; si enim intelligeretur de modo, quo communiter Deus est cum omnibus sive in omnibus creaturis, non dixisset hoc verbum dando suis speciale confidenciam de sua assistencia. Item patet ex illo Luc. xxii: *Ego rogavi pro te, Petre, ut non deficiat fides tua*². Constat autem, quod non loquebatur de fide personali Petri, cum

(14) ^aom. V 1 ^bsic H V 2, consensu cett.

(15) ^aom. B 3 ^bet quod superioritas sive maioritas non est pape ad concilium, sed econverso add. H V 2

(16) ^a om. M

(17) ^aitem ibidem: *celum et terra transibunt, verba autem mea non transibunt*³ add. H V 2

(18) ^aerret V 2 ^b sive asseruit se cum ecclesia esse semper add. H V 2

(13) ¹ Phil 2,3 ² Rom 11,10

(14) ¹ cf. Mansi 29 p. 11 s ² cf. Mansi 29 p. 576 C ³ Mansi 29 p. 12 B

(16) ¹ cf. Eph 5,25

(17) ¹ Mt 28,20 ² Mt 24,34 ³ Mt 24,35; Lc 21,33

(18) ¹ Mt 28,20 ² Lc 22,32

statim hic defecerit in ipso negando Christum ^c. Item Ioh. XIV: *Rogabo Patrem et alium paraclitum dabit vobis, ut maneat vobiscum in eternum*³. Item cum sit articulus fidei *Credo sanctam ecclesiam*, numquam fuit aut erit tempus, in quo non liceat confiteri hanc fidem. Si autem ecclesia dampnabiliter erraret, iam pro eo tempore non liceret asserere credi eam esse sanctam. Cum ergo ecclesia non possit esse nisi sancta, sequitur manifeste numquam erraturam vel non posse errare ^d.

(19) Quarto, quod sicut Deus cuilibet creature, cui dedit certam periodum, qua determinatur quam diu possit vivere vel durare, dedit propriam virtutem innatam et intrinsecam, qua possit se in suo esse conservare et contra destrucionem sui ^a adversantibus resistere, ita ecclesie, quam voluit usque in finem seculi durare, dedit virtutem et potestatem, qua se ^b in suo esse possit ^c conservare et regere ac ^d adversantibus sive conantibus ^e ad sui destrucionem resistere et se tueri. Patet racio ex evidencia terminorum, ymmo a forciori, cum Christus ipsam ecclesiam plus aliis diligit ^f. Hoc eciam videtur notari in verbis de ecclesia dictis a Christo in sua fundacione. Cum enim dixisset, quod super se petram edificaret ecclesiam, statim subiunxit: *Et porte inferi non prevalebunt adversus eam*¹, quasi significaret, quod eo quo edificata sit, habeat in se virtutem et potestatem adversantibus resistendi et se in suo esse conservandi ^g. Ex hoc eciam in Canticis ^h dicitur de ecclesia, quod est perfecta ac terribilis ut castrorum acies ordinata ². Quomodo autem esset perfecta in se et terribilis, si ad conservandum se et tuendum non haberet intra se virtutem et potestatem, sed oporteret ⁱ ab extrinseco subsidium queritare? (20) Ab extrinseco inquam; etenim si papa sit, ad quem pro sue debito dignitatis pertinet ecclesiam tueri et defendere, cum tamen ecclesie ad papam non sit essencialis ^a dependencia, quia deficiente papa ecclesia non deficit, sed esset pocius econverso ^b, si ecclesia ex se auctoritatem non haberet, iam potestas se conservandi non intrinsece sibi inesset. Pro illo namque tempore, quo

(18) ^c cf. Add. 2 (p. 93) ^d et sic fidem et sanctitatem ecclesie non dependere ex incerta fide et sanctitate pape personali add. H V 2

(19) ^a sic H V 2, sive cett. ^b om. B 1.2.3 ^c potest M ^d sic H V 2, de add. cett. ^e conantibus V 1 ^f diligit B 1 ^g cf. Add. 3 (p. 94) ^h cantico B 1.2 V 1

ⁱ oportet B 1.2.3 M

(20) ^a essencialiter B 1.2.3 V 1.2, existencialis H ^b scilicet quod non posset esse papa, si non esset ecclesia add. H V 2

(18) ³ Joh 14,16

(19) ¹ Mt 16,18 ² cf. Cant 6,3 ss

ecclesia sine papa est aut ipse nollet tueri, non posset se in esse conservare, quod nemo sane mentis assereret; habet namque virtutem a Christo fundatore, eo ipso quo fundata est, ad se conservandum in suo esse, nec per creacionem pape, que fit ex ordinacione ecclesie, ipsa perdit potestatem, quam a Christo ad sui regimen et conservacionem accepit. Principia enim ^c essendi et conservandi intrinseca sunt cuilibet rei. Sicut ergo ecclesia nec propter creacionem pape deficit a virtute essendi, ita nec a ^d virtute ^d et potestate se regendi et conservandi in suo esse ^e.
 (21) Hec vero potestas iuxta auctoritatem apostoli I Cor. XII videtur inesse omnibus membris sive toti corpori, non autem uni solum membro; dicit enim: *Corpus non est unum membrum, sed multa. Si dixerit pes: quia ^a non sum manus, non sum de corpore, non ^b ideo non est de corpore. Et ^c si dixerit auris: quia non sum oculus, non sum de corpore, non ^d ideo non est de corpore. Si totum corpus oculus, ubi auditus? Si totum auditus, ubi odoratus. Nunc autem posuit Deus membra, unumquodque eorum in corpore sicut voluit. Quodsi essent omnia unum membrum ^e, ubi corpus?* Nunc autem quidem multa membra, unum corpus. Non potest autem dicere oculus manui: opera tua non indigeo; aut iterum caput pedibus: non estis mihi necessarii. Sed temperavit Deus corpus, ut non sit scisma in corpore, sed in idipsum pro invicem sollicita sint membra¹. Et sequitur: *Vos autem estis corpus Christi et membra de membro; et quosdam quidem posuit Deus in ecclesia primum apostolos, secundo prophetas, tertio doctores, deinde virtutes² etc.* Apparet igitur ex hac auctoritate adiunctis eciam hiis, que idem apostolus dicit ad Ephes. IV, quod potestas ecclesie seipsam conservandi et regendi ac tuendi insit ipsi ^f corpori ^g sive omnibus similiter membris, non autem quod ex unico solo membro dependeat in totum ^h³. (22) Unde videtur hec potestas esse in ecclesia non sicut in quodam toto universalis aut integrali, cuius essencia et virtus participatur a singulis partibus subiectivis, sed sicut in quodam toto potestativo, quemadmodum virtus exercendi actus et operaciones anime est in ipsa anima et suis potenciis sicut in quodam potestativo, et hec potestas non reperitur integre in

(20) ^c vero B 3 M V 1 ^d auctoritate V 1 ^e cf. Add. 4 (p. 94)

(21) ^a quoniam Vulg. ^b num Vulg. ^c et usque est de corpore om. M V 2
^d num Vulg. ^e membrum usque unum om. B 3 M ^f Christi B 3 M V 1 ^g corpore B 3 M V 1 ^h cf. Add. 5 (p. 97)

(21) ¹ 1 Cor 12,14–25 ² 1 Cor 12,27–28 ³ cf. Eph 4,4–7.11–17.26

qualibet suarum potentiarum vel in una principaliter, ita ut ab illa totaliter aliis communicetur, sed est in omnibus similiter potenciis ex virtute unius anime. Sic videtur in ecclesia esse. (23) Presupposito igitur, quod ecclesie insit virtus et potestas se conservandi in suo esse sicut et ^a cuilibet rei create, additur, quod ipsa ecclesia hanc virtutem percipiat singulari modo, quo creature, specialiter corruptibiles, non receperunt. Licet enim unicuique rei insit virtus se tuendi et a corruptientibus se conservandi, hec tamen non est ^b in summo gradu, ita quod possit forciori ^c potestati resistere, sed est ^b in certo gradu et subicitur violencie maioris virtutis, ut patet manifeste in animantibus, que occiduntur et consumuntur a forcioribus in virtute. In ecclesia autem virtus et potestas se conservandi a nulla superatur potestate, quod patet manifeste ex dicto verbo: *Et porte inferi non prevalebunt adversus eam*¹. Cum enim testante Iob XLI non sit *potestas super terram que huic comparetur*², et hec non potest adversus ecclesiam prevalere, sequitur, quod a nulla creatura virtute superari potest. Ex quo sequitur, quod virtus et potestas, que est in ecclesia, ipsa est suprema inter omnes potestates a Deo concessas. Nam si aliqua esset maior, iam illa prevalere posset adversus ecclesiam; sed nulla hec potest; ergo ipsa est suprema.

(24) Que autem sit hec potestas ecclesie ad se regendum et conservandum, est communis sentencia sanctorum ^a et omnium doctorum, quod est potestas clavium, videlicet sciencia discernendi et potestas ^b iudicandi, id est ligandi et solvendi. (25) Que quidem potestas tante excellencie est, quod tota universitas hominum illam non potest concedere, sed ecclesia a solo Deo accepit ^a. Patet, nam in potestate communitatis sive multitudinis hominum est aliquem seu aliquos ex seipsis relegare et a sua societate separare ^b; sed quod ille, qui ab eorum societate expellitur, eo ipso sit separatus a societate Dei et angelorum ^c, hoc non est in hominis potestate. Potestas autem clavium ad ^d hoc ^d se extendit, ut que ligantur ^e in terris, sint ^f ligata ^g in celo, et que solvuntur in terris, soluta sint ^h in celis¹. (26) Et licet alie sint in ecclesia

(23) ^a in B 3 M, om. H ^b om. M V 1 ^c aut omni create add. H V 2

(24) ^a doctorum H ^b sic H, potencia cett.

(25) ^a acceptavit B 3 ^b separare usque societate om. H ^c eius add. B 2 ^d ad-huc B 1.2.3 ^e ligata sunt B 2 ^f sunt eciam B 2 ^g ligata usque terris om. B 3 M V 1 ^h sunt B 2

(23) ¹ Mt 16,18 ² Job 41,24

(25) ¹ cf. Mt 16,19

potestates, ut consecrandi corpus Christi, absolvendi a peccatis etc., hic^a tamen principaliter intenditur de^b iudicaria potestate, an penes papam sive ecclesiam resideat principaliter, et cuius iudicio pocius est standum. Cumque, ut premissum est, hec potestas insit ecclesie solum ex promissione^c Christi sive concessione^d et de ipsius accionibus canon biblie profert autenticum testimonium, ideo pro^e elucidacione huius ad sacram scripturam principaliter est recurrentum.

(27) Primum autem occurrit illa auctoritas, que in expresso loquitur de hac potestate clavum, Math. XVI: *Tibi dabo claves regni celorum, et quodcumque ligaveris* etc.¹ Hec autem auctoritas, prout sancti doctores exponunt, verbum est promissionis pocius quam concessionis. (28) Et cum illi censeatur hec potestas promissa, cui fuit concessa, numquam autem reperitur, quod per hec verba Christus soli Petro hanc potestatem concesserit, sed ipsi ecclesie, prout infra habetur XVIII cap.¹, ergo sequitur, quod potestas clavum non ad solam personam Petri et suos successores, sed principaliter pertinet ad ecclesiam, cui per eadem verba legitur concessa. Hoc patet ex serie textus. Constat enim, quod^a Christus omnes discipulos simul, non autem solum Petrum interrogavit^b, et^c Petrus quasi omnium exprimens eandem intencionem respondit, ac Christus sic accepit. Quod manifeste Lucas evangelista testatur cap. IX sic referens: *Dixit autem illis: Vos autem quem me esse dicitis? Respondens Symon Petrus dixit: Christum Dei. Et ille increpans illos precepit, ne cui dicerent*^d 2. Ecce manifeste, quod responsio Petri erat responsio omnium. (29) Cum ergo secundum doctores, specialiter secundum Rabanum¹, propter meritum confessionis fidei sit dictum verbum potestatis, confessio autem fuerit non solum Petri, sed omnium, ergo et auctoritas potestatis ad omnes dicitur pertinere^a. Hoc eciam^b patet ex serie textus evangeliorum. Nam post hec dicta legitur, quod de maioritate fuit ter contencio inter apostolos, scilicet Math. XVIII et XX et Luc. XXII et in ultima cena², quam Christus cum discipulis^c habuit. Non autem

(26) ^a hoc B 2 ^b spirituali add. H ^c commissione codd. ^d successione B 3
^e de V 1

(28) ^a om. B 1.2.3 ^b interrogaverit B 2 ^c sed H ^d Idem eciam habetur
 Math. VIII: *ingressus est Iesus et discipuli* etc. usque *ne cui dicerent de illo*³ add. H
 V 2

(29) ^a cf. Add. 6 (p. 97) ^b autem B 3 M ^c suis add. B 2

(27) ¹ Mt 16,19

(28) ¹ Mt 18,18 ² Lc 9,20–21 ³ Mc 8,27–30

(29) ¹ HRABAN. in Matth. 5 (PL 107 p. 992 AB) ² Mt 18,1 ss; Mt 20, Lc 22,24 ss

tociens de hac re contendissent, si intellexissent per predicta verba *Tu es Petrus*³ etc. aut illa Ioh. I *Tu vocaberis Cephas*⁴ etc. Petrum esse constitutum principem et maximum^d super seipsos sibique soli aut principaliter ad regendum ecclesiam fuisse traditam potestatem. Ne autem hic sensus videretur nova doctrina, patet manifeste per auctoritates^e sanctorum doctorum exponencium, qui dicunt, quod cum Petrus claves accepit, sanctam^f ecclesiam significavit, quodque ecclesia est, que a Christo claves accepit proprie, Petrus autem figurative.

(30) Unde Augustinus super Iohannem sermone cxxxiv^a loquens de ecclesia inquit: *Huius ecclesie apostolus Petrus propter apostolatus sui primatum gerebat figuratam^b generalitate personam. Quantum^c enim ad ipsum proprie pertinet, natura unus homo erat, gracia unus christianus, habundanciori gracia unus idemque primus apostolus.* Sed quando ei dictum est: ‘*Tibi dabo claves regni celorum et quodcumque ligaveris super terram*’ etc., *universam^d significabat^e ecclesiam, que in hoc seculo diversis temptationibus velut^f imbribus, fluminibus et^g tempestatibus quatitur et non cadit, quoniam fundata est super petram, unde Petrus nomen accepit.* Non enim a Petro^h petra, sed Petrus a petra, sicut non Christus a christiano, sed christianus a Christo nominaturⁱ. Sic^k quippe ait Dominus: ‘*Super hanc petram edificabo ecclesiam meam*’, quia dixerat: ‘*Tu es Christus, filius^l Dei vivi*’; *super hanc^m petram, quam confessus es, edificabo ecclesiam meam. Petra enim erat <Christus>ⁿ, super quod fundamentum et^o ipse edificatus est Petrus. Fundamentum quippe aliud nemo potest ponere preter id, quod positum est, quod est Christus Iesus. Ecclesia ergo, que fundatur in Christo, claves ab eo regni celorum^p accepit^q, id est potestatem ligandi et^r solvendi^r*. (30a) Item Rabanus^a: Quamvis soli Petro hec potestas data^b videatur, ceteris apostolis tamen dabatur, Christo teste, qui insufflavit dicens: *Accipite spiritum sanctum;*

(29) ^d maxime codd. ^e auctoritatibus H auctores cett. codd. ^f sanctam usque accepit om. B3

(30) ^a 114 V2 ^b figurata Aug. ^c quod Aug. ^d universalem V1 ^e sic Aug., significat codd. ^f velut usque tempestatibus om. V1 ^g deest Aug. ^h Christo B3 M V1 ⁱ vocatur Aug. ^k ideo Aug. ^l om. V1 ^m hanc ergo, inquit Aug. ⁿ Supplevi ex Aug. ^o etiam Aug. ^p ab eo add. B3 ^q accepit in Petro Aug. ^r solvendique peccata Aug. ^s om. V1 cf. Add. 7 (p. 98)

(30a) ^a dicit add. B2 ^b tradita V2

(29) ³ Mt 16,18 ⁴ Joh 1,42

(30) ¹ AUG. in evang. Joh. 124,5 (PL 35 p. 1973)

quorum remiseritis peccata, remittuntur eis ^c¹. Item Leo papa in sermone de beatis ^d apostolis: ‘*Quodcumque ligaveris super terram*’ etc. *Coram* ^e *Petro* ^f *in apostolos* ^g *alios vis* ^h *istius potestatis*, id est, ad omnes ecclesie principes huius decreti constitucio ⁱ commeavit, *sed non frustra uni conceditur, quod omnibus intimatur* ². (30b) Item Augustinus in I de doctrina christiana ^a: *Est* ^b *ecclesia corpus Christi* ^c, *sicut apostolica doctrina commendat, que* ^d *coniunx eciam dicitur* ¹. Et sequitur: *Quid liberalius et misericordius facere potuit, qui seipsum nobis viam, qua rediremus, substernere voluit, nisi ut omnia donaret peccata conversis et graviter fixa interdicta reditus nostri pro nobis crucifixus evelleret?* ² *Has igitur claves dedit ecclesie sue, ut que solveret in terra, soluta essent et* ^e *in celo, que ligaret in terra, ligata essent et* ^f *in celo, scilicet ut quisquis* ^g *in ecclesia* ^h *eius peccata dimitti non* ⁱ *crederet, <non ei dimitterentur; quisquis autem crederet>* ^k *seseque ab eis* ^l *correctus averteret* ^m, *in eiusdem ecclesie gremio constitutus eodem* ⁿ *fine* ^o *atque correccione sanaretur* ^p. *Quisquis enim* ^q *non credit dimitti sibi peccata, fit deterior desperando* ^r *quasi nichil illi melius quam malum esse remaneat, ubi* ^s *de* ^t *fructu* ^t *sue conversionis* ^u *infidus est* ³. (30c) Item idem Augustinus in De fide ad Petrum c.ii, in quo docet, quid de creatura absque dubitacione credi debeat, inquit: *Numquam peccanti esset indicta pro* ^a *peccatis* ^a *deprecacio, si deprecanti non esset remissio concedenda. Sed eciam penitencia peccatori tunc prodest, si eam in ecclesia catholica gerat, cui Deus in persona beati Petri ligandi solvendique tribuit potestatem dicens: ‘Que allegaveritis* ^b *super terram, erunt ligata* ^c *in celis et que solveritis* ^d *super terram, erunt et* ^e *soluta in celis’* ¹. (30d) Item Augustinus in De agone christiano: *Non*

(30a) ^c etc. add. M ^d om. B 2 ^e transivit quidem etiam in ap. Leo ^f sic B 2, om. cett. ^g eciam add. B 2 ^h ius Leo ⁱ institucio M

(30b) ^a christiana usque doctrina om. V 1 ^b est enim Aug. ^c eius Aug. ^d que etiam coniux eius Aug. ^e deest Aug. ^f om. B 1.2 M V 1.2 ^g quisque codd. ^h qui add. B 2 ⁱ om. B 2 ^k om. codd., supplevi ex Aug. ^l ea B 2 ^m sic Aug., adverteret codd. ⁿ eadem Aug. ^o fide Aug. ^p salvatur B 2 ^q autem B 2 ^r desperandi B 1.2 M V 1.2 ^s sic Aug., ut codd. ^t defectum B 3 ^u conversionis B 3 M

(30c) ^a om. B 2 ^b allegaveris Fulg. ^c et add. B 3. Fulg. ^d solveris B 1.2 V 2 ^e om. B 3 V 1

(30a) ¹ cf. HRABAN. in Matth. 5 (PL 107 p. 992 AB) ² LEO M. serm. 83,12 (PL 54 p. 430 B)

(30b) ¹ AUG. doctr. christ. 1,16,15 (PL 34 p. 25) ² AUG. doctr. christ. 1,17,16 ³ AUG. doctr. christ. 1,18,17

(30c) ¹ FULG. RUSP. fid. 37 (PL 65 p. 690 AB = PL 40 p. 766)

enim sine causa inter omnes apostolos huiusmodi ^a ecclesie catholice personam sustinuit ^b Petrus; huic enim ecclesie claves ^c regni celorum date sunt, cum Petro date ^d sunt ^d. Et quod ^e ei dicitur, ad omnes dicitur: ‘Amas me, pasce oves meas.’ ^f ¹ Item super Iohannem: Si in Petro non esset ecclesie sacramentum, non ei diceret Dominus: ‘Tibi dabo claves regni celorum, quecumque solveris super ^g terram ^h, erunt soluta et in celis ⁱ. Et si hoc Petro tantum dictum est, non hoc facit ecclesia ^k, ut que in terra ligantur, ligentur in celo, et que solvuntur in terra, solvantur in celo, quia cum excommunicat ecclesia, in celo ligatur excommunicatus ¹, cum reconciliatur ab ecclesia, in celo solvitur reconciliatus? Si hoc ergo in ecclesia fit, Petrus quando claves accepit, ecclesiam sanctam significavii ². Item Glossa ordinaria super illo verbo Ephes. iv: Ipse quidem dedit quosdam apostolos dicit: Vice Christi predicantes ac omnium ordinatores et iudices ³. (30e) Item Augustinus lib. ii questionum novi et veteris testamenti qu. LXXIX ¹ et in sermone XIII de apostolis Petro et Paulo ²: Dominus Jesus Christus ^a discipulos suos ante passionem suam, sicut ^b nostis, elegit, quos apostolos ^c appellavit. Inter hos pene ubique Petrus solus tocius ecclesie meruit gestare personam et ^d propterea ^e audire meruit: ‘Tibi dabo claves regni celorum’. Et sequitur: Hos ^f autem ^f claves non homo unus, sed unitas accepit ecclesie. Idem dici videtur in c. Itaque ex his de penit. dist. I ³. Item ^g in ^h epistola ad Glorium ⁴ sic inquit: Ecce putemus illos episcopos, qui Rome iudicaverunt, non bonos iudices. Restabat adhuc plenarium universalis ⁱ ecclesie concilium, ubi eciam cum ipsis ^k iudicibus causa posset ¹ agitari et ^m si male iudicare ⁿ convicti essent, eorum sentencie solverentur ^o per universale concilium. (30f) Unde patet, quod universale concilium habet auctoritatem retractandi sentenciam per epis-

(30d) ^a huius Aug. ^b sustinet Aug. ^c om. B 2 ^d om. B 3 ^e cum Aug.
^f cf. Add. 8 (p. 98) ^g in Aug. ^h terra Aug. ⁱ celo Aug. ^k ecclesia. Si autem in ecclesia fit, ut Aug. ^l sed add. B 2
(30e) ^a deest Aug. ^b sic B 1 ^c sic H V 2 Aug., om. cett. ^d deest Aug. ^e propter ipsam personam... Aug. ^f has enim Aug. ^g Augustinus add. V 1 ^h om. V 1
ⁱ universae Aug. ^k sic H V 2 Aug., episcopis cett. ^l sic V 1 Aug., possit cett.
^m ut Aug. ⁿ iudicasse Aug. ^o solverentur usque sentenciam om. B 1

(30d) ¹ AUG. agon. 30,32 (CSEL 41 p. 134,23 ss) ² AUG. in evang. Joh. 50,12 (PL 35 p. 1762 ex – 1763 in) ³ GLOSSA ordin. ad 1 Cor 12,23 (ed. Basil. 1502/3 p. 53 ¹)

(30e) ¹ PS. AUG. quaest. test. 79,3 (CSEL 50 p. 135 ss) ² AUG. serm. 295,2 (PL 38 p. 1349) ³ DECRET. Grat. dist. de penit I c. 60 (p. 1175) ⁴ AUG. epist. 43,7,19 (CSEL 34 p. 101,16 ss)

copos latam^a, qui^b in Roma iudicaverunt^c. Item ad hoc est auctoritas manifesta in c. *Firmiter De summa trinitate*¹, ubi dicitur, quod sacramentum eucharistie *nemo potest confidere nisi^d sacerdos, qui rite fuerit ordinatus secundum claves ecclesie, quas^e ipse^f concessit apostolis eorumque successoribus Iesus Christus*. Ecce quod dicit claves ecclesie, non Petri, et concessisse non Petro solum ac per eum aliis, sed^g apostolis ac^h eorum successoribus. Cum ergo oporteat queri, ubi de hac commissione legatur in evangelio nec alias locus aperciōr est quam ubi predictum est, Math. xviii², sequiturⁱ etc.^k

(31) Ex premissis auctoritatibus satis manifeste patet, quod potestas clavium principaliter sit data ecclesie. Quod satis videtur probari eciam ex predicto textu evangelii Math. xviii¹, attenta maxime hystorie narratione. Etenim^a Math. xvi cap. Christus dixerat: *Tu es Petrus et tibi dabo claves*² etc.; demum cap. xvii in fine capituli^b mandavit Petro solvi staterem pro eo et pro se³. Unde quia ex hiis videbatur eum constituere capitaneum supra alios, statim continuative subditur cap. xviii in principio: *In illa hora accesserunt discipuli ad Iesum dicentes: Quis putas, maior est in regno celorum?*⁴ Unde patet, quod proprius evangelista loquitur de superioritate; et tunc quibusdam intermediis Christus subiunxit in eodem capitulo^c: *Si peccaverit in te frater tuus*⁵ etc. Et subditur: *Quod si non audierit eos^d, dic ecclesie, si autem ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus^e et publicanus. Amen dico vobis, quecumque alligaveritis super terram, erunt ligata^f et in celis, et quecumque solveritis super terram, erunt soluta et in celo^g*⁶. Ex qua auctoritate quattuor notari videntur:

(32) Primum, quod claves regni celorum, de quibus supra dixerat *Dabo*^a¹, hic ecclesie sunt concesse; patet, cum eadem verba, sub quibus erat facta promissio, hic exprimantur^b.

(30f) ^a om. B1 ^b cum papa eciam synodaliter add. H V2 ^c latam quorum primus erat Melchiades papa add. H V2 ^d sit add. B2 ^e quos B3 ^f om. B2

^g scilicet add. B2 ^h et M ⁱ om. B3 M ^k om. B3 H M V2 cf. Add. 9 (p. 98)

(31) ^a sic H V2, et cett. ^b quod B3 M V1, om. H V2 ^c om. M ^d om. B2

^e hereticus B3 M ^f etc. add. B2, et usque celo om. B2 ^g celis M

(32) ^a tibi add. H V2 ^b cf. Add. 10 (p. 98)

(30f) ¹ Denzinger 428 ² Mt 18,15 ss

(31) ¹ Mt 18,18 ² Mt 16,18–19 ² cf. Mt 17,27 ⁴ Mt 18,1 ⁵ Mt 18,15

⁶ Mt 18,17 ss

(32) ¹ Mt 16,19

(33) Secundo ^a, quod concessio hec est in omni stabili firmitate; patet propter verbum ¹, quod in diccione premittitur, *amen*, quod notat iuramenti ^b auctoritatem.

(34) Tercio, quod in hiis verbis intelligitur concessa potestas ecclesie non limitate et in certis casibus, sed in omni plenitudine; patet ex signis universalitatis *quecumque alligaveritis* et *quecumque solveritis* ¹. Unde si ex illo verbo *quodcumque ligaveris* ² notatur in papa plenitudo potestatis illimitata, cum non minoris continencie sit verbum *quecumque*, similiter in hoc notabitur ^a plenitudo, ita ut ^b ad *quecumque* se extendit potestas pape, se extendat ^c potestas ecclesie, nec a potestate pape exceditur ^d potestas ecclesie, alias non competet sibi verbum *Quecumque alligaveritis*. Si enim ad aliquid precipiendum, disponendum, corrigendum vel in certo casu providendum solum inesset potestas pape et non ecclesie, cum illud pertinere possit ad ecclesie conservacionem, iam sibi ad sui conservacionem non inesset potestas intrinsice et oportebat abnegari verbum *Quecumque alligaveritis*.

(35) Quarto notatur ex dicta auctoritate, quod Christus voluit iudicium ecclesie esse maius ac supremum in humanis et huic iudicio ecclesie et ipsum Petrum sive papam debere acquiescere et obedire. (36) Patet; nam verba predicta, scilicet: *Si peccavit in te frater tuus* ¹ etc., prout in ecclesia in evangelio ferie ^a tercie ^a post dominicam terciam in Quadragesima ² interpretatur, Christus dicebat ad Petrum. Si ergo Petrum instituit recurrere ^b ad iudicium ecclesie in hoc, quod ei dixit *dic ecclesie* ³, sequitur ecclesie iudicium esse superius ^c. Item ex hoc, quod subiungitur: *Si autem ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus et publicanus* ⁴. Constat autem, quod si iudicium Petri esset superius iudicio ecclesie, peccator ^d post iudicium ecclesie non deberet statim irrefragabiliter reputari ut ethnicus et publicanus; restaret namque iudicium Petri, in quo tamquam superiore deberet adhuc ^e sive posset ^f examinari. Cum ^g

(33) ^a notatur *add. H V 2* ^b sive assertio *add. H V 2*

(34) ^a notatur *H* ^b quod *H* ^c extendit *B 3 M V 2* ^d excedatur *V 2*

(36) ^a feria tercia *B 3 M* ^b *om. B 2* ^c Numquam enim legitur, saltim ita expresse, quod ecclesiam Christus remiserit ad iudicium pape, sed econverso, prout in hoc loco *add. H V 2* ^d immediate *add. B 2* ^e ad hoc *B 3 M* ^f causa fratris *add. H V 2* ^g *om. V 1*

(33) ¹ cf. Mt 18,18

(34) ¹ Mt 18,18 ² Mt 16,19

(36) ¹ Mt 18,15 ² cf. Brev. Rom. fer. III post dom. III. in Septuag. (Mt 18,15–22)

³ Mt 18,17 ⁴ Mt 18,17

ergo dicatur Petro, quod qui ecclesiam non audit^h, sit ei tamquam ethnicus etⁱ publicanus^k, constat, quod ipse tenetur^k acquiescere et sic per consequens iudicium ecclesie fore supremum et finale^l. Et attendum, quod hec preeminencia et superioritas ecclesie respectu pape, prout apparet ex hoc textu, non solum est in hiis, que sunt fidei, sed eciam in iudiciis, quia loquitur de peccato et fraterna ac ecclesiastica^m delictorum correccione sive punitioneⁿ. (37) Item quod papa inducatur^a sub iudicio ecclesie, ex eo probatur, quod a correccióne fraterna nemo fidelium excipitur^b. Cum^c ergo^c quemlibet^d corrigere fraterne, si contempnat^e vel non audiat iuxta doctrinam predictam debet deferri ecclesie, ergo si papa nolit fraterne correccióni acquiescere^f, licet deferri ad iudicium ecclesie. Frustra autem deduceretur, si ecclesia non haberet auctoritatem in eum ferendi iudicium. Ex hiis videtur posse inferri, quod nedum pro^g notorio crimine ecclesiam scandalizante^h, sed pro alio quocumque, de quo papa fraterne ammonitus nollet se corrigere, licetⁱ ad iudicium ecclesie deferre^k. Sicut enim eum, qui secreto ammonitus non corrigitur^l, licet ammonere^m coram uno vel duobus, ita coram hiis ammonitum licet deferre ad ecclesie iudicium, cumⁿ ergo papa non eximatur a primo et secundo gradu huius correcciónis fraterne, ergo nec a tercio, videlicet ut dicatur ecclesie. Unde illa auctoritas *dic ecclesie*^o, et si iuxta communem^p sentenciam exponatur, id^q est^q prelato, tamen^r sicut prelatus inferior, cum ammonitus contempnit, oportet dici non^s sibi, eciam si prelatus sit, sed superiori, ita de supremo^t, cum non habeat aliquem^u prelatum superiorem se, quia ipse inter singulos est supremus, oportet dici ecclesie, si simul congregata in totum haberi possit, sin autem, generali concilio ipsam representanti^v. Verum est enim documentum apostoli: *Omnis anima potestatis sublimioribus subdita sit*¹, nec ab hac universalitate excipitur anima pape.

(36) ^h audierit B 2 ⁱ om. B 3 H M V1 ^k om. H ^l cf. Add. 11 (p. 99)
^m evangelica H V2 ⁿ cf. Add. 12 (p. 99)

(37) ^a includatur H V2 ^b cf. Add. 13 (p. 100) ^c arguitur (?) V1 ^d tenetur quilibet pro Christi amore (?) B 2 ^e sic V2, om. cett. ^f tunc add. B 2 ^g heresi vel scismati aut pro add. H V2 ^h de quo incorrigibilis esset add. H V2 ⁱ liceret B 3 M V2 ^k cf. Add. 14 (p. 100) ^l corripitur codd. ^m caritative monere B 2
ⁿ om. B 1.2 ^o om. H ^p quorundam H V2 ^q om. B 3 ^r cf. Add. 15 (p. 100)
^s om. B 3 M ^t summo B 3 ^u unum singularem add. H V2 ^v cf. Add. 16 (p. 100)

(37) ¹ Rom 13,1

(38) Secundo probatur, quod ecclesie iudicium sit dignius ac superius, ex consideracione nominis ^a ac rei per illa significate, que in sacra scriptura dicuntur de ecclesia, que tamen pape non possunt ^b competere. Dicitur namque de ipsa ecclesia, quod est mater: Eccl. xxiv *Ego mater pulchre dilectionis et timoris*¹ etc.; item domina: Tren. I *Domina genitum*² etc.; regina: Ps. XLIV *Astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato circumdata varietate*³; sponsa in libro Cant. sepe, et apoc. XXI *Vidi civitatem sanctam Ierusalem novam de celo descendentem a Deo paratam sicut sponsam ornatam viro suo*⁴; dicitur eciam corpus Christi: Ephes. I, IV, V et Col. I⁵.

(39) Ex prima appellacione, cum ecclesia sit ^a, papa vero filius ipsius, excellencia pocioris dignitatis monstratur ratione honoris et obediencie, que a filio debentur matri. Nec potest dici, quod, quantumcumque inter fideles papa sit maior, non est ecclesie filius. Nam inquit Augustinus libro ^b de Symbolo ^c tractatu ^d IV: *Si quis ab ecclesia separatus inventus fuerit, alienus erit a numero filiorum Dei, nec habebit Deum patrem, qui ecclesiam noluerit habere matrem*¹. Et alibi docet, quod cum ecclesia sit sponsa Christi unica ^e, quod omnes filios ^f, quos Christus habet, hec ecclesia gignit sibi sive parturit. Ex hoc sequitur multo minus dici posse, quod papa sit pater ecclesie, cum nullus sit pater sue matris. Sicut enim salvator Math. xxiii docuit ², quod unus est pater noster, qui in celis est, sic in terra unica est ecclesia omnium fidelium mater.

(40) Secundo inducitur ex eo, quod ecclesia dicitur domina ^a, papa vero ^b et episcopi non domini ^c, sed iuxta auctoritatem apostoli dicuntur ministri et *dispensatores misteriorum* ^d *Dei*¹. Sic eciam Christus, cum de ^e maioritate doceret apostolos, dixit Math. xx: *Quicumque voluerit inter vos maior fieri, sit vester minister*². Et alibi: *Sicut filius hominis non venit ministrari, sed ministrare*³. Item Luc. xxii: *Ego autem in*

(38) ^a nominum B 3 ^b potest V 1

(39) ^a om. B 1.2 V 2 ^b II add. M ^c etc. add. M V 1 ^d om. B 1.2 V 1 ^e sic
add. B 2 ^f fideles H

(40) ^a nam si communis sermone a multis papa dicitur dominus noster, merito ab omnibus fidelibus et (om. H) ecclesia poterit dici domina nostra, et enim add. H V 2
^b om. B 2 H V 2 ^c om. B 1 ^d ministeriorum B 2.3 H M V 1 ^e om. V 1

(38) ¹ Eccli 24,24 ² Thren. 1,1 (= Lamentationes Ierem.) ³ Ps 44,10 ⁴ Apoc
21,2 ⁵ cf. Eph 1,23. 4,4.16 5,24.30, Col 1,18.24

(39) ¹ PS. AUG. symb. 4,13 (PL 40 p. 668) ² cf. Mt 23,9

(40) ¹ 1Cor 4,1 ² Mt 20,26 ³ Mt 20,28

*medio vestrum sum sicut qui ministrat*⁴. Unde proprie^f convenit pape^g appellari summum ministrum ecclesie; nec potest dici, quod sicut Christus venerat non ministrari sed ministrare, cum esset dominus, ita^h papa, quod debet se exhibere ut ministrum, eciam si sit dominus, quia Christus eum non dominum, sed vicarium constituitⁱ. Ad hoc eciam facit, quod communiter per omnes doctores dicitur, quod dominium rerum temporalium, que in ecclesia possidentur, est non penes papam aut episcopos sive quoscumque ecclesiasticos, qui non domini, sed dispensatores dicuntur, sed est apud ecclesiam sicut dominam.

(41) Tercio^a ex eo, quod ecclesia est regina. Est enim sponsa eius, qui est *rex regum et dominus dominancium*¹ ac *princeps regum terre*² apoc.

(42) Item quarto ex eo, quod^a ecclesia est sponsa. Nam dicit Bernhardus lib. De consideracione ad Eugenium papam¹, quod papa est paranimphus sponse, videlicet ecclesie. Ex qua denominacione satis appareat dignior excellencia ecclesie respectu pape. Eciam ex hac consideracione Augustinus dicit libro de symbolo^b, quod ecclesia *totum possidet, quia a viro suo accepit in dotem*^c². Si^d totum possidet iuxta sentenciam Augustini, ergo absque omni excepcione omnia sibi subiecta sunt, que Christo sposo suo, ipsa autem subdita est viro suo^e.

(43) Quinto eciam ex hoc^a, quia ecclesia est corpus, papa vero unum ex membris istius corporis. Hoc autem, videlicet^b quod fideles sunt^c corpus Christi et membra huius corporis, quod est ecclesia, manifeste ad litteram docet apostolus in epistola I Cor. XII¹, unde super hoc non decet multum immorari.

(44) Ex hoc sequitur sexto, quod ecclesia est quoddam totum, papa vero pars huius tocius. Patet, quoniam omne corpus vivum organicum

(40) ^f propter M V1 ^g ipsum add. B2 ^h itaque B1.2 V1 ⁱ Dixit namque Christus *pasce oves meas*⁵, non tuas add. H V2

(41) ^a inducitur add. H

(42) ^a quia H M V2 ^b vel pocius de unico baptismo lib. III. add. H V2 ^c dote Ps. Aug. et add. H V2 ^d ergo add. B2 ^e cf. Add. 17 (p. 101)

(43) ^a patet add. B1 ^b om. B2 H V2 ^c sint H

(40) ⁴ Lc 22,27 ⁵ Joh 21,17

(41) ¹ Apoc 19,16 ² Apoc 1,5

(42) ¹ cf. BERNH. CLAREV. consid. 4,7 (23) (PL 182 p. 788 A) ² PS. AUG. symb. 4,13 (PL 40 p. 668)

(43) ⁴ cf. 1 Cor 12,12 ss

constituitur ex diversis membris tamquam ex partibus integrantibus ipsum totum. Ecclesia autem est corpus Christi misticum, organicum, fide Christi animatum, vel ecclesia est universitas fidelium bonorum et malorum orthodoxam fidem tenencium, in sacramentis ecclesie ^a habentium societatem. Cum ergo papa non sit hoc corpus, quod est ecclesia, sed unum ex membris ipsius iuxta auctoritatem apostoli ubi supra: *Corpus non est unum membrum, sed multa*¹, sic pape convenit esse partem huius corporis, ipsum vero corpus est quoddam totum. Et quoniam per se nota est proposicio, quod omne ^b totum maius ^c est ^c sua parte, manifeste concluditur, quod ecclesia est quid maius et nobilior ac ^d dignius ^d quam papa solum; maius autem non intelligendum est mole quantitatis corporee, sed magnitudine virtutis, excellencie et ^e dignitatis sive potestatis. (45) Unde ex hoc argumento tamquam per se noto ab aliquibus doctoribus infertur, quod cum Christus sit caput ecclesie et de ratione capitum est, quod sit pars corporis ^a, cuius est caput, quod tota ecclesia sit nobilior Christo, inquantum est homo et inquantum ipse in membris ecclesie comprehenditur. Ad quod inductum textum apostoli cum glossa ubi supra: *Vos autem estis corpus Christi et ^b membra ^c de membro*¹. Glossa *membra de membro* dicit *membra dependencia, de membro*, id est *de Christo capite et commembro*² nostro. Racio autem huius assignari possit, quia cum ecclesia includat assistenciam Dei iuxta illud *Ubi duo vel tres congregati fuerint in nomine meo, ibi ego sum in medio eorum*³, nec est possibile intelligi ecclesiam sine huiusmodi ^d assistencia et influencia ^e graciarum intranea, unde manifestum est, quidquid excogitari potes, non posse ecclesie comparari in excellencia et dignitate. (46) Ex hiis satis infertur, quod, licet pape suo modo conveniat dici caput ecclesie, non propterea se debet ecclesie ^a anteferre ^b, quinymmo ^c ex hoc fortasse ^d inferri posset, quod eo ipso, quod sic contendit se tante excellencie preferre facto sive assercione, tamquam male senciens de auctoritate et dignitate sancte matris ecclesie

(44) ^a et unitate spiritus add. H V2 ^b om. B2 ^c est maius H V2 ^d om. H
^e om. H V2

(45) ^a illius add. B2 ^b in membro gloss. add. V1 ^c membra usque glossa om. V2
^d huius V2 ^e affluencia B3

(46) ^a om. H V2 ^b cf. Add. 18 (p. 101) ^c om. H V2 ^d om. B2

(44) ¹ 1 Cor 12,14

(45) ¹ 1 Cor 12,27 ² GLOSSA ordin. 1 Cor 12,27 (ed. Basil. 1502/3 p. 53) ³ Mt 18,20

nedum non esse superiorem, esse ^e membrum ^f illius dici non mereretur, cum esse membrum ecclesie non possit, qui caret recta fide. Et per hoc censetur se ab ecclesia separare. Reputat enim se caput esse ^g talius corporis, quod sibi assimiletur in condicione, videlicet quod sicut ipse potest errare et deficere, ita ^h ecclesia possit. Eo enim ipso, quod ipse vult iudicium suum ⁱ preferri iudicio universalis ecclesie, manifeste convincitur, quod ^k estimat eam errare ^l posse et sic non eam semper sanctam et catholicam esse. Que assercio si sit de hiis, que sunt fidei aut de necessitate salutis, manifeste constat, quantum sit ^m fidei catholice dissona ⁿ. Unde merito posset inferri, quod separat se ab ecclesia et desinit esse membrum et per consequens caput. Nec potest dicere, quod ipse non separat se ab ecclesia, sed ^o pocius econverso, videlicet quod separat se ecclesia ab eo; unde pocius corpus tenetur adherere capiti, quam caput membris. Attendant enim precordialis, qui hoc dicit; sicut enim impossibile est ecclesiam esse ^p divisam, quia de eius ratione formalis sive intrinsica proprietate est esse unam, ita impossibile est eam se ab aliquo separare, sicut ignis (*sic*), de cuius ratione sive propria passione est esse calidum, impossibile est se frigefacere, et immobile se movere sive mortuum se vivificare. Cum ergo in predicto casu reperiatur, quod est divisio ^q et ecclesia non possit se dividere, oportet intellegi, quod hec divisio sive separacio proveniat ex parte pape, qui cum sit mortalis per naturam et sepe moriatur per culpam et potest effici membrum putridum, vult se in dignitate preferre ecclesie matris, que semper vivit in fide et caritate ^r. (47) Et de hac excellencia ecclesie super omnia ^a membra sua docet Augustinus in sermone seu ^b tractatu super ultimo capitulo proverbiorum ^c¹, ubi exponit per mulierem fortem ecclesiam intelligi, et ^d inter ceteras laudes attribuit, quod ipsa ecclesia iuxta auctoritatem divine scripture ² preciosior est omnibus suis lapidibus preciosis, vocatque lapides preciosos filios et sanctos eius. Unde dicit, quod quantumcumque aliquis sit magnus ^e, ipse tamen si

(46) ^e om. M, sed esse H V2 ^f membrum usque cum esse om. B 3 M ^g om. B 3 M V2 ^h et add. H ⁱ quod erroneum esse potest add. H. V2 ^k ipse add. B 2 ^l dampnabiliter add. H V2 ^m om. B 1 ⁿ dissonum H V2 per add. V1 per consequens add. B 3 M ^o sed usque ecclesia om. V1 ^p aut se facere add. H V2 ^q inter corpus ecclesie et personam pape add. H V2 ^r cf. Add. 19 (p. 102)
 (47) ^a om. H ^b sive H M ^c om. B 2 ^d om. V1 ^e om. H

(47) ¹ cf. AUG. serm. 37,3 (PL 38 p. 223) inde: CAES. AREL. serm. 138,2 ² cf. Prov 31,10

lapis pretiosus est, est ornamentum eius, quia omnis lapis pretiosus est ornamentum eius et ipsa est pretiosior omnibus lapidibus pretiosis. Si autem papa esset superior quam ecclesia, iam ipsa non esset pretiosior omni lapide pretioso, nec huiusmodi lapis pretiosus esset ornamentum ecclesie. Oportet ergo intelligi, quod, cum ecclesia sit pretiosior omni lapide pretioso, quod papa non sit ea superior nec est equalis, quia ecclesie sponsam esse, pape vero, ut est supradictum, paronymphum eius esse competit. (48) Hec autem superioritas, dignitas sive excellencia ecclesie respectu cuiuslibet membra sui, ut premissum est, intelligi debet quantum ad preeminenciam et perfeccionem in ^a cognoscione et virtute sive sciencia et potestate; sic enim inter angelos esse docemur excellenciam unius ad ^b alterum ^c.

(49) Tercio probatur auctoritas ecclesie et eminencia dignitatis supra papam et omnes fideles ex condicione huiusmodi potestatis, prout in ecclesia et in papa dicitur esse.

(50) Est namque in ecclesia hec potestas continue et permanenter ac perpetua. Nec enim est assignare diem, horam vel momentum, in quo ecclesie deficiat hec potestas, et durabit semper usque ad consummacionem seculi. In papa vero non est sic, cum non semper vivat, posset eciam privari et sic carere potestate, potestque de novo eligi et iterum eam haberet ^a. Et quoniam omne permanens et continuum prefertur variabili ^b, interpellato et temporali, sequitur, quod potestas sive auctoritas ecclesie preeminet potestati pape ^c.

(51) Secundo, quia ^a auctoritas hec in ecclesia semper fuit, est aut erit recta quoad ea, que iuris sunt, nec umquam ecclesia a fide deviavit, papa vero sepissime, quia in ecclesia hec potestas inobliquabilis est et confirmata in bonum, ita quod nedum numquam errabit a recta fide, sed quod ^b numquam errare potest. De ipsa namque est dictum a Deo: *Sponsabo te michi in sempiternum* ^c, Osee II ¹. Item quia, ut supradictum est, cum ecclesia debeat durare usque in ^d finem mundi nec erit umquam nisi una et sancta, ergo ^e quia sic est articulus fidei, ergo impossibile est eam aberrare ^f. Hoc autem summis ^g pontificibus ^g non est conces-

(48) ^a om. B 3 M V 1 ^b et V 1 ^c alterius V 1

(50) ^a habet B 1.2 Sic enim supradictum est, quod hec potestas inest ecclesie necessario et intrinsice, non autem pape add. H V 2 ^b et add. H ^c om. V 1

(51) ^a quod B 1.2 V 2 ^b nec M, om. B 3 V 1 ^c eternum B 3 ^d ad H V 2
^e om. V 2 ^f dampnabiliter add. H V 2 ^g summo pontifici B 2

(51) ¹ Os 2,19

sum, videlicet quod eo ipso, quod aliquis est papa, sit confirmatus in gratia Dei et efficiatur impeccabilis. Nam hystorie antiquorum et experientie nostrorum temporum demonstrant oppositum.

(52) Tercio, quia in ecclesia est omnis ^a cognicio veritatis, specialiter que necessaria est ad salutem, iuxta illud Ioh. XVI: *Spiritus veritatis docebit vos omnem veritatem*¹, et I Thimo. III: *Scias, quomodo oporteat te in domo Dei conversari, que est ecclesia Dei vivi, columpna et firmamentum veritatis*^b². Que duo verba, scilicet *columpna* et *firmamentum*^b, denotant manifeste inobliquabilitatem^c iudicii. Summus vero pontifex sepe indiget ab aliis edoceri, eciam de veritatibus necessariis ad salutem. Per ecclesiam autem innotescit multiformis sapientia Dei nedum hominibus, sed eciam omnibus principatibus et potestatibus in ^d celestibus ^d, prout testatur apostolus Ephes. III³. (53) Et ex hoc sequitur, quod auctoritas ecclesie se habet ut mensura et regula accionum pape. Patet, quia rectum est iudex sui et obliqui, et omne, quod obliquabile est ac deficere et errare potest, regulari et ordinari debet per aliquid inobliquabile et indeficiens. Sic autem est de auctoritate pape respectu ecclesie. Ex hoc eciam licet inferri, quod ad ecclesiam pertinet imponere leges pape et modum, quo beat sive possit regere ecclesiam Dei, quodque has leges in casu sibi prohibito et expresse resistenti preterire non licet nec dispensare, in aliis vero, cum intentionis ecclesie non sit tollere epikeiam a principe, liceret pape dispensare, si tamen quoad dispensacionem faciendam statueretur per ecclesiam papam debere sequi aliquorum consilia^a, spretis huiusmodi non liceret ei dispensare.

(54) Item quarto inducitur, quoniam auctoritas hec, prout est in ecclesia, est ^a commune bonum, in papa vero, et si in quantum est ordinabilis ad bonum ecclesie, habeat rationem ^b communis boni, tamen constat, quod in ^b eo ^b nabet rationem alicuius particularitatis, que non competit prout est ecclesie, et ex hoc, cum omne bonum commune iuxta Philosophum in I Ethicorum sit divinum et maius, ex habitudine huius communitatis habet rationem excellencie sive preeminencie¹.

(52) ^a sic B 2 H, omnino cett. ^b veritatis usque firmamentum om. M ^c inobliquitatem H V 2 ^d om. B 1

(53) ^a consilium B 2

(54) ^a in ipsa excellenter sive eminenter. Et namque, prout consideratur in ipsa existere, est tamquam add. H V 2 ^b om. B 2

(52) ¹ Joh 16,13 ² 1 Tim 3,15 ³ cf. Eph 3,10

(54) ¹ cf. ARIST. Eth. Nic. A6,1098 a

(55) Item ^a constat, quod ecclesia sibi eligit sive ^b constituit papam propria auctoritate ac eum deponit. Pape vero non est eligere sive constituere ac destituere eam, que ipsum constituit, sive aliam ecclesiam ^c. Hec enim a Christo constituta est. Et si papa aliam ^d querat aut hanc niteretur deponere, eo ipso desinit papa esse. Et non solum deponere ecclesiam non potest, sed nec aliquem ex gradibus, quos in ipsa constituit Christus, de quibus videtur contineri I Cor. XII et Ephes. IV¹.

(56) Ex premissis sequitur, quod cum hec auctoritas sive potestas, prout est in ecclesia, sit permanens, continua et perpetua, recta et inobliquabilis sive in bonum confirmata, estque ipsi coniuncta omnis cognitio necessarie veritatis, potestque papam constituere et destituere, potestas vero pape ab his omnibus deficit, ergo prefertur sibi.

(57) Quarto preeminencia auctoritatis huius probatur ex habitudine ^a quadruplicis cause, scilicet finalis, efficientis ^b formalis et materialis.

(58) Primo ex habitudine finis. Licet enim omnium, que sunt a Deo constituta, Deus ipse sit primus finis et principalis, tamen constat eciam in hiis quedam aliis ordinari ut ad suum finem. Manifestum est autem, quod inter hec duo esse alterius finem pocius ecclesie quam pape convenit. Id ^a enim ^b finis dicitur, ad cuius bene-esse alterum ordinatur. Ecclesia autem non ordinatur ad bene-esse pape, sed econverso papa omnes acciones suas ordinare debet ad bene-esse ecclesie ^c. Unde tunc acciones pape sunt bene ordinate, quando ex ipsis provenit bonum ecclesie, male vero, quando ab hoc fine deficiunt sive eidem contrariantur. Hoc autem videtur dicere apostolus I Cor. III: *Omnia vestra sunt, sive Paulus, sive Apollo, sive Cephas, sive vita, sive mors, presencia sive futura, omnia enim ^d vestra sunt, vos autem Christi, Christus autem Dei*¹. Super quem locum Glossa ordinaria sic dicit: Omnia vestra, vos autem Christi, *non hominis, et ideo non in homine gloriamur* ^e, sed in Christo, cuius sumus creacione et recreacione ^f. Hoc ideo dicit

(55) ^a est in ipsa eminenter hec extrema potestas. Nam add. H V 2 ^b et H V 2
^c constituere add. B 2

(57) ^a habitudine usque materialis om. M ^b efficiens B 1.3 V 1

(58) ^a idem B 1.2.3, ideo H, illud M ^b om. B 1.2 ^c om. B 3 M ^d om. B 3
^e gloriandum Glossa ^f ordinetur B 2 ^g ordinatur B 2 ^h edificione B 3 M
ⁱ ex habitudine quadruplicis cause, scilicet finalis efficiens, formalis et materialis
prima add. B 3 M ^k cf. ad Add. 20 (p. 104)

(55) ¹ cf. 1 Cor 12,28 ss, Eph 4,11

(58) ¹ 1 Cor 3,22–23 ² GLOSSA ordin. 1 Cor 3,22 (ed. Basil. 1502/3 p. 38)

apostolus, ut sicut hec nostro iudicio concessa sunt et subiecta, ita et nos Christo subiciamur. Unde manifeste apparet, quod Cephas pocius est ecclesie et ad eam ordinatur ^f tamquam ad finem et ipsius iudicio subicitur, quam econverso, videlicet quod ecclesia sit eius vel ordinetur ^g ad eum. Ita eciam dicit apostolus II Cor. x, XII et Ephes. IV³, quod potestas data a Christo est in edificationem ^h ecclesie, ita quod ⁱ edificacio aut bene-esse ecclesie est finis potestatis concesse ^k.

(59) Ex hoc sequitur secundo, quod ecclesia se habet in ratione efficientis ^a saltem principalis, sicut anima, cum sit finis corporis, se habet ad omnes operaciones in ratione principalis efficientis. Item fines in moralibus se habent ut prima principia accionum, ita ut fine presupposito sequatur accio et inexistente illo cessant operaciones et motus. Cum ergo huic corpori, quod est ecclesia, multe competant operaciones ^b, que habent exerceri per membra sua ad finem sive bene-esse huius corporis et ipsius virtutem, sequitur, quod ipsum corpus se habet ad ipsas operaciones in ratione principalis agentis, membra vero eius ut minus principalia sive ut instrumenta, sicut potencie anime dicuntur ^c esse quasi ^d quedam instrumenta ad operaciones suas. Papa vero licet sit nobilissimum ipsius ^e membrum, quia tamen in ipsius corporis virtute et fide et ad eius finem operari habet ^f, non sibi competit respectu ecclesie habitudo principalis agentis, sed minus principalis aut instrumenti primarii. Quod autem se habet ad aliud ^g in ratione principalis agentis ^h, prefertur ei, quod ⁱ ratione secundarii sive instrumenti. (60) Ex hac consideracione liceret ^a inferre, quod, cum ^b potestas instrumenti sive agentis minus principalis non sit maioris amplitudinis quam principalis agentis, quod, ut predictum est, sicut ^c in papa est plenitudo potestatis, a forciori est in ecclesia, et quod papa sic est principale organum huius operacionis ecclesie, quod eciam absque eo vel ipso invito ecclesia posset exequi sui sentenciam iudicii. Patet, quia ecclesia nullo papa sistente exercet et quia alia organa sunt, per que operari posset, item quia frustra sibi inesset hec supremi auctoritas iudicii, si numquam exercere posset nisi papa volente exercere vel exequi. Cum enim papa sit liberi arbitrii, ad hec ^d cogi non posset. Tunc eciam auctoritas pape preemine-

(59) ^a cf. Add. 20 (p. 104) ^b acciones H V2 ^c dicantur B 1.2 H V2 ^d om.
 H ^e om. B 1 ^f debet B 3 M V1 ^g illud B 1.2.3 V1 ^h sed minus principalis aut insequentis primarii. Quod autem se habet ad aliud instrumenti (?) ratione principalis agentis add. V2 ⁱ habet add. H V2

(60) ^a licet B 3 ^b est B 1.2 M V1, om. B 3 ^c om. H ^d hoc H V2

(58) ³ cf. 2 Cor 10,8. 13,10. Eph 4,12

ret ecclesie, si quod ipse agendum iudicaret pro nutu suo, eciam invita ecclesia traderetur execucioni, iudicium vero ecclesie numquam ^e posset nisi eo volente. Unde oportet dici ^f, quod sicut ecclesia prefertur in iudicio et auctoritate discernendi ^g, ita in execuzione. Nemo enim dubitat, quod si ponitur in disceptacione, an aliquid sit negocium ^h catholicum aut iustum, si ab una parte ecclesia iudicat et ⁱ econtrario papa, quod iudicium ecclesie prefertur iudicio pape, iuxta epistolam directam per concilium Africanum pape Celestino, ubi inter alia ^k dicitur: *Prefato itaque debite salutacionis officio^l impendio deprecamur, ut deinceps ad vestras aures hinc^m venientes non facile admittatis nec a nobis excommunicatos in communione ultro velitis recipereⁿ, quia hoc eciam Niceno concilio diffinitum facile advertit^o venerabilitas tua.* Nec unicuique provinciae ^p graciā spiritus sancti defuturam qua equitas a Christi sacerdotibus et prudenter videatur et constantissime teneatur, maxime quia unicuique concessum est, si iudicio offensus fuerit cognitoris ^q, ad concilia sue provincie vel eciam universale provocare. Nisi forte quisquam est, qui credat unicilibet posse Deum nostrum examinis inspirare iusticiam et innumerabilibus congregatis in concilium sacerdotibus denegare. Nam ut aliqui tamquam ^r a tue sanctitatis latere mittantur, nulla ^s invenimus patrum synodo institutum ^t, quia illud, quod pridem per eundem coepiscopum nostrum Faustinum tamquam ex parte Niceni concilii exinde transmisistis, in conciliis verioribus, que accipiuntur Niceni ^u a sancto Cyrillo coepiscopo nostro Alexandrine ecclesie et a venerabili Attico Constantinopolitano antistite ex autentico missis, que eciam ante hec per Innocencium presbyterum et Marcellum subdiaconum, per quos ad nos ab eis directa sunt, venerabilis memorie Bonifacio episcopo decessori ^v vestro a nobis transmissa sunt, in quibus tale aliquid non potuimus reperire. Executores eciam clericos vestros quibusque potentibus nolite mittere, nolite concedere, ne famosum ^w typum ^w seculi in ecclesiam Christi, que lucem simplicitatis et humilitatis diem Domini videre cupientibus prefert, videamur inducere. Finis epistole. Et alia manu: *Dominus noster sanctitatem vestram aevo longiore orantem pro nobis custodiat, domine frater^x.* ¹ Frustra autem pre-

(60) ^e execucioni dari add. H V 2 ^f dicere M ^g decernendi B 2 ^h verum H V 2
ⁱ ab alia parte add. B 2 ^k cetera H ^l officium B 1, officia B 3 M V 1
^m hic B 1.3 ⁿ excipere Mansi ^o adverteret Mansi ^p providencia codd.
^q cognitorum Mansi ^r om. B 2 ^s ulla M, nullam B 1.2.3 V 2, nullum Mansi
^t constitutum Mansi ^u Nicaena Mansi ^v predecessor B 2 M ^w fumosum
 typhum Mansi ^x cf. Add. 21 (p. 105)

(60) ¹ Mansi 4 p. 515 E ss, cf. PS. ISID. decret. (ed. Hinschius p. 315 a-b)

valeret in iudicio supra papam, si tandem oporteret ei subdi pro habenda execucione. (61) Premissis stantibus apparet minus sufficientem esse quorundam consideracionem comparancium potestatem ecclesie sive concilii racioni aut intellectui, potestatem autem pape ipsi voluntati, ita quod ecclesie sit consulere et iudicare quid agendum, sed quod exequi solum ad papam pertinet. Esset namque delusorium, si non posset exequi nisi pro voluntate eius, qui contrarie sentiret agendum, nec ad exequendum posset eum hortari aut ^a compellere; sic ^b ponitur, quod papa possit ordinare, precipere ^c et exequi supra totam ecclesiam, sed ecclesia et ^d si possit iudicare contrarium esse agendum, id non potest effectualiter exequi nisi per manum eius ^e et ^e volente ^f summo ^f pontifice ^f. Unde oportet dicere, quod, cum ^g potestas ecclesie sit ^h potestas ^h clavium ⁱ videlicet auctoritas sive sciencia discernendi et potestas ligandi atque ^k solvendi ^l, quod, sicut ecclesia prefertur pape quoad primum, scilicet in iudicio discretionis, ita et in secundo, videlicet potestate exequendi, ligandi ac solvendi; nec ^m enim unum sine alio Petro vel ecclesie concessum fuit, sed ⁿ ambo simul.

(62) Tercio probatur racione cause formalis. Omne namque iudicium, quod se habet confesse et inobliquabiliter ad rectitudinem veritatis sive legis ^a, est forma illius iudicii, quod potest ab huiusmodi rectitudine declinare. Sic autem est de iudicio ecclesie respectu actionis pape. Ergo ^b quia ecclesia numquam deviat nec deviare a recta ^c fide potest, papa vero frequenter <...>.

(63) Item quarto racione cause materialis sive subiecti. Papa enim est subiectum sive materia iudicii ecclesie, quia et potest ipsum ^a iudicare, deponere, suspendere sive privare ad tempus vel perpetuo ^b. Papa autem respectu ecclesie hoc non potest, nec enim statuere aut eciam precipere ^c posset, quod nullus in ecclesia orare, confiteri, laudare Deum, celebrare aut baptizari ^d posset, et ita de multis. Cum ergo ecclesia possit papam privare sive suspendere ab actionibus papalibus, papa autem non potest ecclesiam ^e ab actionibus, que sibi inquantum talis est competit, constat, quod papa se habet ut subiectum sive materia, supra quam

(61) ^a vel *H V2* ^b sicut *B1.2 H V2* ^c om. *V2* ^d om. *V2* ^e id *H V2*
^f *vc* lentis summi pontificis *H V2* ^g om. *B2 V1* ^h om. *B2* ⁱ domini *B1.3,*
domini clavium B2 V1 ^k sive *H V2* ^l dissolvendi *H V2* ^m et *B3 M V1*
ⁿ quod *B3 V1*

(62) ^a ecclesie add. *H* ^b om. *H V2* ^c via neque add. *R2*

(63) ^a eum *V2* ^b perpetue *V2* ^c om. *V1* ^d baptizare *H* ^e suspendere
add. *H V2* ^f constant codd. ^g quomodo *V2*

potest ecclesia exercere iudicium, non autem econverso. Hec autem multa attestacione non indigent, quia constat^f clare hystorias antiquas legentibus, quod^g ecclesia propria auctoritate in summos pontifices exercuit crebro deposicionis et suspensionis iudicium. (64) Nec obstat, si dicatur, quod eciam tota ecclesia subest pape, quia potest aliquid statuere sive mandare ab universis fidelibus observandum: ecclesia enim non solum potest precipere pape, quid agat, sed^a ipsum privare aut suspendere ab accione, que ratione papatus sibi competit^b, hoc autem in ecclesiam^c papa exercere non potest. Et sicut^d potest suspendere papam eciam ipso manente papa ab universali administracione ecclesie, ita ex causa posset sibi interdicere eandem administracionem in certa parte, vel quod in una provincia exerceat et non in alia, aut pro certo tempore, de quo ecclesie videretur. Qui enim potest in totum, potest in partem, sicut qui in maius, et in minus, quod tamen illi maior subicitur. (65) Licet enim nullis synodicis institutis, sed immediate a Christo papa habeat potestatem^a, quantum tamen ad usum et exercitium, subicitur iudicio ecclesie sicut regule directive. Sic enim potestas episcoporum est immediate a Christo et datur^b in eleccione ac^c confirmatione suarum eleccionum vel in consecracione, et tamen manifestum est, quod^d subicitur iudicio pape quoad execucionem. Patet eciam de potestate consecrandi et absolvendi in foro conscientie, que est immediate a Christo in omnibus presbiteris et^e tamen quoad exercitium subicitur pape iudicio^f; in naturalibus eciam et moralibus de anima rationali, que est^g a Deo immediate et tamen quoad exercitium suarum operationum multis potestatibus creatis subicitur.

(66) Quantum ad supradicta emergunt quatuor dubia. Dictum namque est, quod in papa est plenitudo potestatis simul et in ecclesia. Est ergo dubium, an hec potestas in eisdem sit una vel plures. Secundo: posito, quod una sit, quomodo potest in utroque tota et insolidum existere. Tercio, quomodo respectu unius et eiusdem in ecclesia superioritas et in^a papa inferioritas annotetur. Quarto de modo essendi in utroque.

(64) ^aeciam add. B 2 ^bsicut patet ex decreto Constanciensis concilii publicato in sessione IX, X, die Maii anno Domini MCCCCXV, quando suspensus fuit per concilium ab administracione papali Iohannes XXIII add. H V 2 ^cecclesia B 1.2.3 V 1 ^decclesia add. B 2

(65) ^aauctoratem V 2 ^bipsis add. B 2 ^caut B 3 M V 2 ^dom. V 1 ^eom. H V 2 ^fom. H ^gom. V 1

(66) ^aom. B 1.3 M V 1

(64) ¹ cf. Mansi 27 p. 654 A-D (= sess. 10, sess. 11 hat kein Dekret)

(67) Quantum ad primum, duas esse potestates arguere videtur diversitas subiectorum. Altera enim sic est in uno, quod non potest in pluribus esse, alia econtra. Etenim unicus papa non plures esse possunt. ecclesia vero non unius, sed nomen est plurium insimul collectorum. Et sicut dicit Aristoteles in Ethicorum et libris Politicorum¹, specie differunt potestas regiminis in politia regni et aristocracia, quia illa in uno, hec in pluribus est. (68) Ad ^a hanc pluralitatem eciam videtur facere consideracio diversarum proprietatum, que huic potestati prout in ecclesia et papa convenient, quia in ecclesia permanenter, continue et inobligabiliter, in papa vero non sic esse dicitur. (69) Item differencia extensionis, quia ad aliquid se extendit in ecclesia, ad ^a quod non in papa. Hoc tamen non obstante dicitur una esse ex ydemptitate verborum, que in promissione et eius concessione leguntur. Dictum est enim primo *quodcumque ligaveris*¹ etc. et post *quecumque alligaveritis*² etc. (70) Item, quia in utroque dicitur summa sive suprema; quod vero per ^a superabundanciam dicitur, uni soli convenit; et quia si plures essent, oporteret dici, quod se haberent ut primo diverse vel contrarie, disparate aut eiusdem racionis, quorum nullum applicativa ratione competere potest. (71) Et cum diversitas subiectorum inducit differentiam accidencium, merito erat sequens dubium ^a, quomodo hec una potestas indivisa potest esse in ecclesia et in papa.

(72) Dicitur primo, quod non est diversitas subiectorum, cum papa sit eciam unus de ecclesia, et sic non ponuntur duo diversa subiecta, in quibus hec potestas tamquam in diversis esse dicatur, sed quod est uno numero in papa et ceteris fidelibus ut collectis in unum. (Si vero ponatur in casu, quod ecclesia tota esset in unum collecta nec papa se vellet coniungere, oporteret aliud ^a dici. Sed nunc dicitur in eo casu ^b, quo papa est unum cum ecclesia.) Unde sicut ecclesia est una nec dividi potest, ita hec summa potestas illi competens non potest esse plures, cum in unico subiecto non sint plura accidentia eiusdem racionis, potestas autem ligandi et solvendi, de qua nunc agitur, eiusdem racionis est in utroque. (73) Ad hanc eciam difficultatem amovendam facheret

(68) ^a et *codd.*

(69) ^a *om. B 1.2.3 V 1*

(70) ^a *om. B 3*

(71) ^a *videlicet add. B 2*

(72) ^a *illud V 1* ^b *in add. B 2*

(67) ¹ cf. ARIST. Eth. Nic. A 12, 1132b, Pol. 5, 1253

(69) ¹ Mt 16,19 ² Mt 18,18

consideracio rerum super quibus et temporis in quo ecclesia congregatur, et causa, videlicet quod in materiis, super quibus congregatur ecclesia, iudicium eius supra papam emineat. Sed cum ecclesia congregata nedum super hiis, ad que congregatur, sed, si viderit expedire, ad alia, pro quibus primo congregata non fuit, potest intendere, videretur, quod premissa consideracio non est sufficiens.

(74) Restat autem tertio dicere: Si una est ^a, quomodo potest intelligi, quod ecclesia superior, papa vero inferior dicatur. (75) Respondetur, quod ^a causa est propter ^b diversum participandi sive habendi modum. Ecclesia namque, ut premissum est, sic habet istam potestatem, quod in ea est continue, perpetue ac inobliquabiliter, et annexa est illi omnis noticia necessarie veritatis estque in ea ut quid commune; in papa vero non sic est. (76) Sicut ergo dicimus, quod unum et idem est liberum arbitrium in viatoribus et beatis, quoad ^a coaccionis immunitatem sive excellencie dignitatem non est maius in uno quam in alio, sed in quantum comparatur ad id, ad quod ordinatur, scilicet ad servandum rectitudinem; est enim secundum Anshelnum ¹ potestas servandi rectitudinem propter se. Quia hanc rectitudinem in beatis liberum arbitrium, ex quo est confirmatum per graciam, servat semper et inobliquabiliter, ita quod non potest errare, in viatoribus vero ^b cum deficiat gracia confirmacionis, non semper huiusmodi rectitudinem servat, sed ab ea frequenter deficit, ideo iuxta communem doctrinam doctorum potestas liberi arbitrii in beatis maior, in viatoribus dicitur minor. Unde cum Iohannes baptista nunc in gloria superior sit multis angelis, tamen de eo, cum in via esset, Christus dixit ^c: *Qui minor est in regno celorum, maior est illo* ². Et cum in uno eodemque homine, si primo non habuerit ^d graciā confirmacionis et post consequitur, dicimus, quod idem liberum arbitrium post graciā confirmacionis est seipso maius, prout absque illa consideratur. Sic ^e suo modo loquendo, quia ecclesia a Christo sic fundata est supra firmam petram, quod etsi ^f aliquando fluctuet temptationibus et adversitatibus, numquam tamen cadere potest ^g sive errare a recta fide, ideo potestas hec, prout consideratur in ipsa ecclesia, videatur habere graciā confirmacionis a ^h Christo ^{h³}, qui promisit, quod

(74) ^a inquit add. B 3 V 1

(75) ^a quia M ^b om. B 1 V 1.2

(76) ^a quod ad B 1 ^b non add. V 1 ^c Math. XI add. H V 2 ^d habuit H V 2
^e igitur add. H V 2 ^f om. V 1 ^g posset B 1.2.3 V 1 ^h om. B 3 M . 1

(76) ¹ cf. ANSELM. CANTABR. lib. arb. 3 (PL 158 p. 494 ^B), ibid. 13 et saepius.

² Mt 11,11 (cf. Lc 7,28) ³ cf. Joh 14,16

mitteret paraclitum, qui maneret cum fidelibus in eternum, quodque oravit patrem, ut non deficiat fides ecclesie⁴, et quod ipse est cum fidelibus *omnibus diebus usque ad consummacionem seculi*⁵. Et quoniam hec inflexibilitas ad errorem non sic summis pontificibus competit, de quorum pluribus legiturⁱ a fide errasse, hinc merito in ecclesia superior, in papa vero huiusmodi potestas inferior dicitur. (77) Et sicut viatores tenentur credere revelationibus angelorum, quia sciunt eos non posse errare – unde Zacharias, pater Iohannis baptiste, quia^a non statim angelo credidit, in penam perdidit loquela, prout habetur Luc. I¹ –, ita^b omnes fideles tenentur obedire et stare iudicio^c ecclesie et eius determinacioni tamquam iudicio illius, quam sciunt non posse errare, nec decet disceptare de causa aut quomodo possit^d esse verum, quia enim^e hoc quesivit Zacharias ab angelo, ideo factus est mutus. Si enim ab ecclesia discunt angeli eiusque^f doctrine reverenter acquiescant^g secundum auctoritatem apostoli Ephes. III², quanto magis^h omnes homines tenentur sue stare disposicioni, cum sint ignari et peccabiles, fideles vero multo amplius ad id tenentur racione reverencie, quam debent sue matri, et pre omnibus summus pontifex, quanto pre aliis filiis maiori dignitate in domo sue matris se cognoscit fulgere, et sic tenetur eam amplius honorare. Non enim accipitⁱ dignitatem papatus, ut cum ante sui eleccionem ecclesia reputaretur sancta et catholica ac verax in iudicio, hoc ab ipsa auferatur et transferatur in papam, ita ut iam eo sistente^k verax ipse^l, ecclesia mendax putetur et pocius fideles teneantur <stare> disposicioni pape quam acquiescere determinacioni ecclesie, quod contingeret, si iudicium pape deberet preferri iudicio ecclesie. Hanc enim dignitatem, quod ipsa non possit^m errare, a Christo habet, et quamdiu fuerit, semper retinebit, nec hanc condicionem, cum papam ecclesia constituit, in eum transfert, sed apud se retinet. Unde racione huius dotis, quam a Christo accepitⁿ, primatum et dignitatem supra omnes homines obtinet nec cuiquam secundum apostolum subiecta est nisi Christo sposo et capiti suo; et propter hoc ipsa subicit iudicium suum, quando sibi ex parte sui sponsi aliquid

(76) ⁱ ipsos add. B 2

(77) ^a qui B 3 ^b item B 3 M, om. B 2 ^c om. H ^d posset M ^e de B 2
^f eiusdem B 3 M V 1, angeli add. B 3 ^g om. V 2 ^h maius B 3 M ⁱ accepit B 2
^k existente B 2 ^l et add. B 2 ^m posset M V 2 ⁿ acceperit B 1.2 V 1.2, recepit
 B 3 M

(76) ⁴ cf. Lc 22,32 ⁵ Mt 28,20

(77) ¹ cf. Lc 1,5–20 ² cf. Eph 3,10

revelatur, suscipitque illud reverenter, dummodo sibi constet, quod ex parte sui capit is est, et quandocumque non intelligat, ymmo videatur sibi habere in contrarium raciones, captivat intellectum in obsequium Christi sponsi sui et firmiter credit. Sic omnes fideles tenentur stare determinacioni ecclesie, cuius tanta est auctoritas secundum Augustinum³, quod dicit se evangelio non credere, nisi eum^o auctoritas ecclesie commovisset. Sic autem credimus revelationibus angelorum ob reverenciam et auctoritatem ipsorum, quos credimus nullatenus fallere velle nec posse. In quacumque enim re occulta, ubi racio reddi non potest, creditur solum ex auctoritate dicentis. Nisi enim hodie ecclesia assereret scripturas et evangelia, que de actionibus Christi scripta sunt, vera esse, quis crederet, quod Christus est de virgine natus et pro peccatoribus mortuus ac quod resurrexit et in celum ascendit? Non autem sic crederetur, si solus papa id^p assereret, quia sciunt eum posse errare et deficere. Itaque cum ecclesia in hiis, que fidei et iuris sunt, non possit errare propter assistenciam Christi in medio eius, qui non permittit, papa vero hoc non habet, hinc merito, etsi una^q sit potestas in utroque, tamen ecclesia superior, papa inferior dicitur. (78) Ita suo modo dicetur, quod si papa duos iudices constitueret in equali potestate, si alter eorum circumspeccione et^a prudencia^a premineret^b essetque in gracia^c confirmatus, ita ut iudicium suum esset inobliquabile et errare non posset^d, tunc merito secundus diceretur in illa potestate inferior, eciam si in utroque eadem esset potestas ac iurisdiccio; et si constaret huic, quod alius esset in gracia confirmatus nec posset errare, si^e nollet^f iudicium suum illi submittere^g, merito reprehendendus esset. Constat autem pape, quod ecclesie^h, ne erret, non autem sibi Christus suam assistenciam promisit. Hoc enim est primum et unicum principium irresolubile, ad quod omnia, que sunt fidei et religionis christiane, resolvuntur, et per quod probantur, scilicet quod ecclesia in hiis, que sunt fidei et salutis fidelium, non errat. Creditur namque, prout dicit articulus fidei, ecclesiam sanctamⁱ et catholicam esse; si autem erraret iam sancta non esset. Unde sequitur, quod cum ex dono gracie sit

(77) ^o cum M V1 ^p hoc B3 ^q dampnabiliter add. H V2

(78) ^a exp. B2 ^b et prudencia add. B2 ^c gracia usque esset om. V1 ^d et hoc esset aliis notum vel firmiter crederetur sic esse add. H V2 ^e om. M ^f vellet V1, om. M ^g tunc add. B2 ^h ecclesie usque sibi om. V1 ⁱ om. B2

(77) ³ cf. AUG. c. epist. fund. 5 (CSEL 25 p. 197,22 ss)

confirmata in iudicio veritatis, eciam si *⟨una⟩* et ^k eadem sit potestas in ea ac summo pontifice, ratione^l prevalida superior dici potest ^m.

(79) De quarto dubio, videlicet de modo sistendi hanc potestatem in ecclesia et papa, varie hactenus videntur fuisse consideraciones: scilicet, quod hec potestas in ecclesia diceretur consistere formaliter sive fundamentaliter et radicaliter, ministerialiter autem in summo pontifice, eo quod ipse tamquam summus minister ecclesie haberet exercere omnes acciones ad regimen ecclesie convenientes; nec enim ministerium huiusmodi videretur competere dignitati et excellencie ecclesie, que sponsa et regina debet appellari. (80) Erat itaque intencio sic ^a dicencium, quod licet in ecclesia omnis potestas consisteret, ipsa tamen ecclesia numquam posset exire in actum huiusmodi potestatis nisi per manum summorum pontificis. Sed quoniam frustra inesset ecclesie potencia, cuius acciones numquam ei possent competere ^b, ipsius eciam iudicium delusorum esset ^c, et quoniam ab origine nascentis ecclesie reperitur appellacionis actionem sibi attribui semper – nam dicitur, quod ecclesia anathematizat, disponit, decernit ^d, declarat, mandat et sic de aliis actionibus multis –, propterea dicitur, quod si per esse ministerialiter intelligatur, quod ea, que iudicat, deliberat aut dictat agenda esse ^e, ipsamet disponat, precipiat et ordinet ac exequatur, sic eciam in ipsa ecclesia hec ^f potestas ministerialiter dicitur esse. Hoc enim ministerium, videlicet declarare, precipere et disponere, quod ab universis fidelibus tenendum et agendum sit, non indignitatem, magis autem ^g preeminenciam significat ^h. (81) Itaque in ecclesia hec potestas est radicaliter sive fundamentaliter, quoniam ei inseparabiliter adest, estque fundamentum et origo actionum ^a practicarum ^b, quia in fide ecclesie et virtute omnes ecclesiastice ^c potestates exercent suas acciones. (82) Est eciam in ecclesia hec potestas formaliter, quia hec potestas ipsius robur ac ^a decor est per eamque, ut predictum est, in omnibus aliis communitatibus sive policiis distinguitur. (83) Est tertio hec potestas in ipsa ministerialiter sive executive, quia cum sibi viderit oportunum ^a, exercere illam per se et aliis potest committere. Sed cum papa sit eius membrum nobilissimum et primum, quando presens est et se vult conformare, exercet

78 ^k *om.* V2 ^l*sic H V2, summe cett.* ^m*potestas V2*

(80) ^a *om.* V2 ^b*cum frustra sit potencia, que non reduci potest ad actum add. H V2* ^c*si id quod ipsa discernit, non traderetur execuciōni add. H V2*

^d*discernit B 3 H* ^e*est B 3 M* ^f*om. M* ^g*aut M V2* ^h*cf. Add. 22 (p. 105)*

(81) ^a *om. H* ^b*ierarchicarum V2* ^c*personē add. H*

(82) ^a *et M V1*

(83) ^a *optimum V1*

hanc potestatem per illum, ita tamen, quod in sua potestate nichilominus est et potest eciam per se exercere vel aliis committere. Est enim libera nec cuiquam nisi suo sponso, id est Christo capiti, subiecta. Evidem indignum est, ut sponsa domini ministro subdita sit, quantumcumque sit ille primus et excellencior inter ministros domini.

(84) Intelligendum est tamen, quod cum potestas huiusmodi, que est in ecclesia, sit discernendi sciencia et iudicandi potestas et ad discretionis iudicium requiratur deliberacio sive consideracio previa – oportet enim mature deliberari ea, de quibus debet esse iudicium –, quia hec deliberacio non commode immo nec fieri potest, si per ecclesiam intelligatur multitudo fidelium, prout est in diversis partibus mundi dispersa, unde isto modo intelligendo, cum post dispersionem apostolorum a Iudea ad predicandum gentibus numquam tota multitudo fidelium fuerit in unum congregata, sic numquam diceremus, quod aliquid ecclesia disposuerit aut disponere possit, nec de huiusmodi questione, an iudicio ecclesie vel pape pocius sit standum, oporteret multum dubitari, cum numquam venerit casus, quod tota ecclesia simul congregata aliquid precipiat nec forte in futurum contingat. (85) Ut ergo questio habeat locum, intelligitur de ecclesia, quando est congregata legitime in generali concilio, quod ipsam veraciter representat et^a in quo ipsa ecclesia vere vel interpretative aut virtualiter consistit. Et merito dicitur consistere, cum in generalibus conciliis intersint aut interesse debeant per se vel secundum^b suos procuratores maiores prelati, principes et sapientes ac de omnibus statibus ecclesie viri electi et excellenciores vocati legitime, ut debeant providere super necessitatibus universalis ecclesie, et alii, qui sic vocati non veniunt, reputantur contumaces. Unde recte potest dici, quod potestas disponendi de rebus ecclesie existit in concilio generali, quod ipsam representat, sicut civitas et potestas ipsius^c dicitur consistere in rectoribus et magnatibus civitatis, ita ut, quod maiores de civitate disponunt, civitas facere^d dicatur. Et sic in primo famoso concilio generali, videlicet Niceno, in edizione symboli statim subiungitur: *Eos autem, qui dicunt¹* etc., prout supra allegatum est^e. Constat autem, quod ibi non actu erat congregata ecclesia universalis, sed generale concilium, et tamen sub nomine ecclesie sentencia profertur. Sic eciam habetur in Actibus apostolorum², quod congregacio maiorum ecclesia nominatur.

(85) ^a om. H ^b per H ^c om. B 2 ^d fecisse H ^e om. B 3

(85) ¹ Mansi 2 p. 465 s, COD p. 4,20 ² Act 10,17

(86) Huiusmodi ergo potestas, que dicitur esse unica in ecclesia sive in concilio et in papa, differenter consideratur inesse ipsis in respectu sive habitudine ad actum. Est enim in ecclesia ut in disposicione remota ab actu; non enim potest exire in actum, nisi primo congregaretur in unum ac precedat ^a deliberacio. Prout autem est in concilio, est in disposicione proxima et propinqua; iam enim ecclesia congregata est et potest deliberare. Prout vero est in papa, consideratur in disposicione ad actum quasi immediata et ^b propinquissima, tanto videlicet propinquius, quanto papa in semetipso facilius ac levius considerare ac deliberare potest et sic discernere quid agendum, quam ^c si deberent ^d multorum delibaraciones haberi, prout fit in generali concilio, ubi communiter convenit magna multitudo sapiencium et eciam aliorum, et quia communiter sunt inter eos varie affecciones ac opiniones diverse, in eandem sentenciam non sunt facile reducibles. Unde, si sit in disposicione propinqua ad actum, non tamen eque propinqua sicut in papa. (87) Ex hoc eciam posset ad intentum principale considerari. Si enim potestas ecclesie complectitur discernendi scienciam, ad quod requiritur matura deliberacio, cum in concilio hec habeatur ex multorum discussione sapientum, in papa vero non sic requiri dicitur, manifeste patet, quanto maioris auctoritatis ^a est sentencia, que a concilio procedit, quam que a papa solum ^b, cum ^c integrum sit iudicium, quod plurimorum sentenciis confirmatur, et iuxta auctoritatem sacre scripture Proverb. vi *multitudo sapientum sanitas est orbis terrarum* ¹, et ^d, quod notanter attendendum est, quia in concilio intelligitur assistencia Christi et presidencia Spiritus Sancti, ita ^e ut iudicium concilii dicatur eciam Spiritus Sancti ², quod tamen non sic reperitur de sentencia sive ^f iudicio pape.

(88) Unde pro clariori evidencia huius ultimo est intelligendum, quod ecclesia consideratur duplice, videlicet ut est corpus Christi mysticum, et ut quoddam corpus politicum. (89) Primo modo consideratur, prout a Christo regitur donis et karismatibus graciarum, estque ^a corpus unum ^b vivens semper vita spirituali, fide et caritate, quodque Christus eam ut sponsam suam respicit et gubernat nec permittit eam maculari

(86) ^a precedit B 2 ^b om. B 1.2 V 2 ^c quod V 2, om. M ^d super hoc add. B 2

(87) ^a om. B 2 ^b eciam non facta mencione de divina assistencia aut immediato concursu in actionibus synodalibus add. V 2 ^c om. V 1 ^d etenim H V 2 ^e ita usque Sancti om. B 3 M ^f om. H

(89) ^a est quoque B 1.2 V 2 ^b vivum M V 2

(87) ¹ Sap 6,26 ² cf. Act 15,28

et a se separari, quia sibi specialiter assistit, defendens ipsam ^c ne pereat. Et isto modo ^d caput ecclesie est solus Christus, iuxta doctrinam apostoli in epistola ad Ephes. ^e ¹ (90) Alio modo consideratur ecclesia ut corpus politicum, secundum quod est quelibet alia communitas aut societas politica, que eciam absque influxu ^a graciarum et karismatum ac speciali Christi assistencia, quantum est ex naturali iudicio, potest debite regi humana aut lege divina, secundum quod eciam infideles ^b intellectum habent de lege Dei et se conformant illi ^c et sic ex consensu naturali habent regi per unum, quem vocant caput, sicut rex vel ^d princeps est caput regni vel principatus. Et isto modo dicitur ab aliquibus, quod pape competit esse caput ecclesie ^e, videlicet prout est corpus politicum; prout vero est corpus mysticum, non proprie et ^f simpliciter ^f caput, sed potest dici vicarius vel ^g minister capitis. Constat enim, quod non convenient ei condiciones capitis, videlicet quod influit ^h in ecclesiam sensum et motum graciarum et donorum spiritualium nec efficienter aut ⁱ meritorie sive excellenter, prout Christo hec competunt. Si vero dicatur, quod sibi competit influere saltem in administracione sacramentorum vel ^k in doctrina predicacionis verbi divini, constat per alios quandoque et sepe duo hec fieri habundancius in ecclesia Dei et per consequens ratione huiusmodi influencie nec sibi videtur competere.

(91) Cum autem ecclesia consideratur prout est ^a congregata ^a in concilio generali, pocius se habet ibi ut corpus mysticum quam ut ^b corpus politicum. Patet manifeste ex sepedicta auctoritate: *Ubi sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi ego sum in medio eorum* ^c ¹. Unde patet manifeste, quod specialiter in concilio Christus assistit; non autem assistit ociose in medio stans et nichil operando, sed cum ipse tamquam pro ^d singularissimo dixerit, quod esset in medio, oportet intelligi, quod est in medio adiuvans et defendens, influens suam graciā et dirigens in agendis, approbando et confirmando sentenciam et iudicium, quod ab ecclesia sic legitime congregata ^e procedit. Item ex eo, quod dicitur Actuum xv: *Visum est Spiritui Sancto et nobis* ², ubi apparent, quod

(89) ^c eam H V2 ^d sic M, proprieadd. H, pape add. cett. ^e Hebr. M

(90) ^a fluxu B1 V, ^b multi add. V2 ^c in multis add. H V2 ^d et B3 V1
^e om. B3 M ^f dicitur H V2 ^g seu H ^h influat V2 ⁱ nec B1.2.3 H V2
^k et V2

(91) ^a congregatur B3 M ^b om. V1 ^c cf. Add. 23 (p. 105) ^d om. M
^e om. B3

(89) ¹ cf. Eph 4,15

(91) ¹ Mt 18,20 ² Act 15,28

Spiritus Sanctus simul operatur et iudicat cum hiis, qui sunt in concilio. Constat autem, quod hec respiciunt ipsam ecclesiam ut est corpus mysticum, et ex hoc sequeretur, quod ^f proprie ^f non est dicendum, quod caput concilii sit alius quam Christus, nisi valde extensive et cum modificacione, videlicet caput ministeriale, et ^g forte hoc non ^h convenire (*sic*) sibi tunc, quia cum ⁱ principale agens, scilicet Christus, in conciliis per se et immediate operetur, non videtur, quod in hoc sit facienda mencio de instrumento ^k. (92) Non sic autem est, cum ^a ecclesia non est in unum congregata. Nam tunc Christus regit ecclesiam suam mediante summo pontifice, ita ut iudicia et ordinaciones ad ^b regimen ^c ecclesie ab hoc uno, videlicet summo pontifice, procedant in inferiores. In conciliis autem non sic ab uno principaliter iudicia procedunt, sed ab omnibus simul, et regimen ac disposicio ipsorum dicitur esse immediate a Spiritu Sancto. Unde ^d quando ^e ecclesia non est congregata, sentencia pape dicitur esse a Deo, sed mediante papa velut ^f instrumento. In ^g conciliis autem non est aliquid ^h medium inter ipsam ecclesiam et Spiritum Sanctum, quod patet ex ⁱ eo, quia papa in concilio non habet exercere iurisdiccionem ^k supra ipsum concilium, alias concilium non esset in libertate, que tamen necessaria est in conciliis ad habendam debitam deliberacionem. (93) Hinc est ergo, quod in concilio cum Spiritus Sanctus sit immediatus rector, videtur, quod ibi papa non se habeat ut instrumentum ^a et sic non competit ei esse caput concilii, prout ^b tunc ecclesia consideratur ut corpus mysticum, quia Spiritus Sanctus est immediatus rector, nec ut corpus politicum, quia in conciliis pocius se habet ut corpus mysticum ^c. Ergo in concilio ut sic non ei competit esse caput ^d.

(94) Hic modus loquendi videtur convenire sacre scripture. Prius enim quam populus Israel peteret sibi regem, regebatur per iudices, qui

(91) ^f proprie quod *B2* ^g et *usque* agens *om.* *B3* ^h videtur *add.* *H V2* ⁱ *om.* *M* ^k sicut de vicario sive locumtenente regis, quod cum rex per se aliquid operatur aut sentenciam profert, eciam si sit presens vicarius suus, in eadem accione non nominatur nec tamquam principale agens nec tamquam instrumentum *add.* *H V2*
 (92) ^a quando *H V2* ^b de *B3 M V1* ^c regime *B3 M V1* ^d unde *usque* sed *om.* *V1* ^e *om.* *H* ^f tamquam *H V2* ^g *om.* *B1 V2* ^h aliquod *B3 H* ⁱ dicta auctoritate act. XV *visum est Spiritui Sancto et nobis*¹ et ex *add.* *H V2* ^k coactivam *add.* *H V2*

(93) ^a taliter, quod ab eo solum aut principaliter dicantur procedere acciones concilii *add.* *H V2* ^b autem *add.* *B3 V1* ^c *om.* *M* ^d cf. *Add.* 24 (p. 106)

(92) ¹ Act 15,28

specialiter ad regendum illum populum dabantur a Deo. Quando^a vero maiores natu Israel venerunt ad Samuelem iudicem a Deo datum dicentes: *Constitue nobis regem, ut iudicet nos, sicut universe habent nationes*^b ¹, respondit Deus ad Samuelem, qui super hoc eum^c interrogaverat: *Non te abiecerunt, sed me, ne regnem super eos*². Ecce quod^d Deus regit per se ipsum, sed si homines volunt regi per unum caput ad modum nationum, Deus reputat se abiectum. Cum autem Christus pro speciali dono dixerit³, quod est in medio congregatorum^e in nomine suo, que auctoritas maxime locum habet in concilio generali, ergo velle recipere alium sive alios rectores aut^f presidentes, qui sint ut reges gencium⁴ dominantes eorum et potestatem habentes, videtur, ne regnet super eos, abicere Christum, qui se profitetur in medio eorum^g. Hinc Moyses, cum Deus ei^h dixisset, quod mitteret angelum, qui introduceret populum in terram promissionis⁵, non contentus supplicavit et concessum est ei, quod Deus ipse per se educeretⁱ eos et precederet^k.

(95) Sed cum iura et auctoritates sanctorum doctorum ac eciam conciliorum decreta sic^a sepe nominent papam^b, videtur distinguendum et sic intelligi posse, videlicet quod papam esse caput concilii consideratur dupliciter, vel in actu primo aut secundo, hoc est aut^c in habitu vel in exercicio. (96) Constat enim, quod, quando papa dormit, est caput ecclesie, sed tunc non exercet acciones capitatis. Sic papa, cum est in concilio realiter, licet vere sit caput ecclesie, ut primo sibi competebat, quando ecclesia non erat congregata, sed quia tunc Christus sive Spiritus Sanctus in concilio per se et immediate ecclesiam regit ac exercet acciones competentes capiti, hinc pro tunc saltem quoad causas, super quibus concilium intendit, papa non omnimode^a se habebit ut caput sicut primo, sed videntur cessare acciones capitatis substituti, sicut delegati in presencia delegantis ipso iudicante. (97) Potest eciam assignari^a alia consideracio: Quemadmodum dicimus, cum quis est iudex constitutus ad universitatem causarum ac rector^b alicuius populi cum plena et

(94) ^a quoniam M ^b ita quod volebant regi ut corpus politicum add. HV 2

^c om. M V 1 ^d quomodo dicitur quod aliquando H V 2 ^e congregacioni V 1

^f seu B 1, sive H ^g cf. Add. 25 (p. 106) ^h eis B 1 M V 1 ⁱ induceret V 1

^k cf. Add. 26 (p. 107)

(95) ^a om. H ^b caput ecclesie et concilii add. H V 2 ^c vel H V 2

(96) ^a omnimodo quoad exercitum H V 2

(97) ^a considerari H ^b racione B 3 M V 1

(94) ¹ 1 Reg 8,5 ² 1 Reg 8,7 ³ cf. Mt 18,20 ⁴ cf. Lc 22,25 ⁵ cf. Exod 33,2.
15 ss

libera facultate, ita ut sibi ^c competit simpliciter esse caput illius populi, post tamen dati sunt sibi consocii in eadem potestate quoad unam vel plures causas, sic tamen quod ipse semper maneat primus et preeminens inter omnes consocios ^d, licet non perdat ^e aliquod ^f de potestate, quam primo habebat ^g, tamen ex adiunctione aliorum hoc habet, ut cum accio iudicii ab eo solum primo procederet in dictis causis, super ^h quibus adiuncti sunt, quam in omnibus aliis, iam tamen oportet, quod iudicium in hiis ⁱ maneat firmum, ut ^k sit de communi adiunctorum consensu; tunc igitur videtur non ut primo competere sibi rationem capitatis saltem quoad hoc, quod ab ipso solum ut primo non procedit iudicium, nec tamen ex hoc perdit aliquid absolutum de sua potestate, quia finito negocio, super quo recepit adiuctos, nulla de novo sibi facta concessione ^l manet ut primo cum sua omnimoda potestate. Sic videtur de papa tempore concilii. Cum enim vocacio ad concilium proprie fiat, ut pro perficiendis arduis ecclesie negotiis, ad que papa non potest seu non intendit aut negligit, in eius auxilium concurrant episcopi et alii, qui possunt iuvare, quasi ipsius pape coadiutores, ita ut omnes simul perficiant, quod ipse solus non poterat, tunc videtur, quod cum ^m ipse eos vocaverit ut coadiutores vel alias in casu lictio ipso eciam renitente convenerunt, oportet intelligi ipsos in ea re ac iudicio habere potestatem simul cum eo et acciones debere esse communes, nec debet indignum ⁿ putari, quod sint coadiutores ipsius pape, quia secundum apostolum I Cor. III¹ eciam ^o Dei adiutores nominantur ^p. (98) Item est alia consideracio iuxta sentenciam doctorum: Prelati sive episcopi habent per eleccionem sive ^a confirmacionem aut consecrationem immediate potestatem a Christo supra corpus Christi verum et mysticum. Competit eis namque illud *Quicumque ligaveritis super terram*¹ etc. et *Quorum b remiseritis peccata*² ac *Euntes docete omnes gentes*³ etc. Cum enim, ut ex pontificali patet ^c, hec potestate in consecracione dantur, non ^d dantur ^d respectu huius vel illius populi, sed generaliter, tamen quoad exercitium huius potestatis recipiunt ^e a papa populum determinatum, in quo nec in alio de communi consensu ^f exercere debeant potestatem, nec propter

(97) ^c ibi M ^d socios B 2 ^e sic V 2, perdit cett. ^f aliquid B 3 H M V 1.2
^g habet codd. ^h in B 2 ⁱ ut add. V 2, fort. recte. ^k om. H V 2 ^l commissione M
^m om. B 2 V 1 ⁿ magnum H ^o in ecclesia B 3 M ^p cf. Add. 27 (p. 107)
 (98) ^a aut B 3 ^b quorūcumque B 3 M V 1 ^d dignitate add. B 2 ^d om. B 3 M
^e om. B 2 ^f cursu codd.

(97) ¹ cf. 1 Cor 3,9

(98) ¹ Mt 18,18 ² Joh 20,23 ³ Mt 28,19

huiusmodi determinatam concessionem populi auffertur ab eis potestas, que ipsis primo absolute competebat ad regendum ^g ecclesiam iuxta auctoritatem apostoli Actuum xx: *Attendite vobis et universo gregi, in quo vos Spiritus Sanctus posuit ^h episcopos regere ecclesiam Dei, quam acquisivit sanguine suo* ⁴. Cum autem congregantur in concilio, illa potestas, que primo eis competebat in habitu, videlicet intendere ad regimen universi gregis, efficitur in actu. Unde primo censebantur vocati quoad suos determinatos populos in partem solicitudinis, cum autem sunt in concilio, ut simul intendant ad regimen universe ecclesie, videtur quod sint vocati in plenitudinem potestatis non singillatim singuli, sed universaliter omnes. Ex hoc apparet, quod congregato concilio non convenit pape esse caput quoad omnem respectum sicut et primo. Videatur enim habere socios in plenitudinem ⁱ sue potestatis, quos primo habebat in partem solicitudinis. (99) Preterea ^a notum est, quod quando accio procedit ab aliqua multitudine ^b, supposita illius multitudinis sunt participes ipsius actionis. Patet de suppositis trahentibus navem; si enim in illa multitudine unus solus per ^c se ^c efficeret ^c illam actionem, iam non multitudinis, sed solum unius accio diceretur. Cum ergo iudicium dicatur a concilio ut a multitudine agente et conscente procedere, oportet intelligere, quod non a papa solum, sed etiam ab aliis procedit. Hoc autem non competenter, nisi in ipsis suppositis intelligatur esse virtus sive potestas, cuius vigore accio ab ipsis procedit. Unde sequitur, quod potestas diffiniendi in conciliis ^d quoad regimen universe ecclesie non solum est in papa, sed etiam in aliis, qui debent concurrere sive concurrunt ad actionem, quod tamen primo eis non competebat, sed erant solum coadiutores in partem solicitudinis quoad determinatas porciones populi christiani. (100) Ex hoc etiam videtur sequi, quod si papa secundum multorum assercionem sit fons et origo saltem quoad exercitium omnium potestatum et iurisdiccionum, que sunt in ecclesia, ita ut nullus administrare sive regere possit in iurisdicione ecclesiastica, nisi ab ipso exequendi mediate vel immediate potestatem assumat, et ipse solus habet tantam ac etiam maiorem ad hoc potestatem quam in omnes, quia potest immediate administrare ^a per se et regere quemcumque populum inferioribus prelatis ab eo commissum, potest etiam ex causa eis interdicere potestatem: quod videtur esse verum quantum

(98) ^g regendam *H M* ^h ponit *B 3 V 1* ⁱ plenitudine *M*

(99) ^a sic *H V 2*, primum *cett.* ^b tunc *add. B 2* ^d perficeret *B 2* ^d concilio *B 3*

(100) ^a ministrare *M*

ad potestatem, per quam sunt vocati in partem solicitudinis, sed quantum ad illam, que eis in generali concilio competit in plenitudinem^b potestatis ad regimen universe ecclesie, non sit verum, sed ^c hanc habent immediate a Christo nedum quantum ad habitum, quia hoc ^d sibi competebat ^e antequam essent in concilio, cum, ut supradictum est ^f, omnes episcopi habeant a Christo immediate potestatem^g, sed ^h eciam quoad exercicium in habitudine ad regimen universalisⁱ populi Christiani. Et hic videtur esse sensus et intellectus decreti Constanciensis de auctoritate conciliorum¹, ubi dicitur, quod concilium recipit immediate potestatem a Christo. (101) Et hec est racio, quare cum papa omnibus prelatis singillatim^a possit interdicere potestatem respectu populorum sibi commissorum eciam cum sint^b in concilio, non tamen illam potestatem sive exercicium, que eis inquantum sunt in concilio competit, quia hanc non ab ipso, sed immediate habent a Christo, nisi forte per accidens si contra aliquem excommunicando vel alias in iudicio pro tempore concilii procederetur legitime, sicut posset superior quilibet. Eo enim ipso, quo concilium congregatum est, potestas, que ipsis prelatis habitudinaliter^c competit ad regimen christiani populi, generaliter exit in actum. Nec enim in concilio ipsi habent diffinire et iudicare prout a papa potestatem acceperunt ad speciales populos, quia ^d sic ^e sunt extra loca suarum iurisdiccionum, sed prout a Christo potestatem generaliter acceperunt. Evidem iam habent materiam paratam, in qua dictam potestatem exerceant, scilicet populum christianum, qui commissus est iudicio et regimini concilii generalis^f. (102) Ex hiis posset considerari, quibus proprie in generali concilio competit diffinitivas voces habere, utrum ex hoc, quod alias habent populum specialem suo commissum regimini, vel ex alia ratione. Verum quia de hoc non agitur, expeditur legentis iudicium. (103) Ex hiis eciam posset cognosci¹, quomodo intelligenda sit oblacio ex parte concilii facta pape^a, vide-

(100) ^b plenitudine *B3 M* ^c quia *H V2* ^d hec *H V2* ^e competebant
B2 V2 ^f sic *M*, sit *c. tt.* ^g cf. *Add. 28 (p. 108)* ^h sed usque christiani om.
V2 ⁱ universi *M*

(101) ^a singulatim *B3* ^b sunt *B1 M V1.2* ^c habitualiter *B3 H M V1.2* ^d si
add. B3 M ^e sicut *V2* ^f cf. *Add. 29 (p. 108)*

(103) ^a in XIII sessione *add. H V2*

(98) ⁴ Act 20,28

(100) ¹ cf. Mansi 27 p. 585^B, COD p. 384,12 (sess. 4,30. März 1415), Mansi 27 p. 590^D, COD p. 385,24 (sess. 5, 6. April 1415)

licet quod ^b si fecerit iniuncta per concilium, erit caput concilii. Non enim intellexisse concilium creditur, quod si ^c papa esset caput concilii, ut in eo solum esset potestas sive auctoritas diffiniendi, ita quod ipse solus, si presens esset, aut in ^c eius absencia sui presidentes haberent diffinire et concilium dumtaxat consulere. Constat enim hoc esse contra intencionem concilii; nam cum moneret papam confiteri debere hoc fuisse a principio legitimum concilium et esse, et tamen non interfuerat semper potestas pape, quia ipse revocavit presidenciam et facultatem ab eo concessam, ergo intelligebat auctoritatem diffiniendi in concilio non dependere solum ex concessione pape aut existere solum in presidentibus suis. Alias enim iniuste egisset monendo papam confiteri, quod verum non erat; attento eciam, quod dicitur in decreto xi sessionis ², ubi manifeste patet, quod non est de necessitate celebracionis generalis concilii, quod papa presideat in eo per se aut suos presidentes. Ibi namque statuitur ³, quod si infra diem inchoacionis concilii papa per se aut legatos suos non interfuerit, illo die celebrata missa de Spiritu Sancto per illos, qui ibidem fuerint, ab eo die stabilitum ^d et inchoatum esse concilium efficaciter censeatur; et si per quatuor menses papa distulerit per se aut suos legatos interesse ⁴, quod eo ipso sit suspensus ab omni administracione papatus. Non posset autem dici concilium, si potestas ^e diffiniendi esset solum a papa. Item cum in omnibus decretis per concilium usque in ^f illud tempus actis evidentissime constet ^g de preeminencia sua et superioritate respectu pape, per illa verba noluit intelligi, quod superioritatem ipsam, quam tociens demonstraverat sibi competere, perderet eo ipso, quod papa sibi adhereret, precipue cum ipsa adhesio ad confirmandam hanc superioritatem esset validissimum argumentum; quinimmo, prout in responsione concilii que incipit *Speravit hactenus* ⁵ continetur, patres concilii eligebant amplius mori ⁶, quam hoc pestiferum vulnus ⁷ de superioritate pape respectu concilii suo tempore ecclesie paterentur inferri. Ex quibus manifeste sequi ^h videtur, quod oportet intelligere predicta verba in alio sensu, forte iuxta premissa superius. (104) Ex hoc videtur responderi posse ad argumentum,

(103) ^b om. B 1.2 ^c om. B 3 ^d stabilitatum V 1 ^e concilii add. M ^f ad B 2
^g constat V 1 ^h om. B 3 M

103 ¹ cf. Mansi 29 p. 74 ⁰ ² cf. Mansi 29 p. 52 E – 56 ¹, COD p. 442–444,33
 (27. April 1433) ³ cf. Mansi 29 p. 54 E, COD p. 444, 16 ss ⁴ cf. Mansi 29
 p. 53 B, COD p. 442,23 ss ⁵ Mansi 29 p. 267 E – 273 ^C ⁶ Mansi 29 p. 272 D
⁷ Mansi 29 p. 272 B

quod satis appareat urgere. Cum enim virtus unita sit ^a forcior seipsa ^b dispersa ^c, quia tunc partes intensiores habent operaciones, si papa, cum ^d ecclesia erat non congregata, exercebat operaciones sibi ut pape competentes, a forciori hoc sibi in concilio competit, cum ecclesia sit ibi unita et per consequens partes erunt intensius agentes; unde pape, cum sit pars principalior, non diminuetur, sed tunc sua ^e accio erit intensior. Patet responsio, quare non ^f hoc sibi tunc competit ut primo ^g, et sic cessare debet accio instrumenti. (105) Esset eciam attendendum, quod esse caput ecclesie sive concilii sic ^a competit ^a pape quomodo non alteri; etenim competit sibi, quia primus in ecclesia Dei. Hec autem primitas sola est in plurificabilis, ita ut non possit alteri communicari aut delegari; Christus namque Petro et successoribus suis, non autem substitutis vel delegatis hanc dignitatem dicitur concessisse. Unde posito, quod pape competenter esse caput concilii, non ex hoc sequitur, quod sui ^b presidentes, quia hec principalitas preeminencie videtur esse indelegabilis.

(106) Ex premissis videtur deductum, quod supra proponebatur, vide-licet quod dicti presidentes non sunt admittendi in concilio secundum formam in predictis litteris contentam. Repugnat namque dignitati ecclesie, quod iudicium pape preferatur eidem pociusque pape quam sibi competat statuere et ordinare, que competit ad sui conservacionem et regimen. Et quia ^a, cum est congregata, est ^b immediate coniuncta suo vero capiti et per consequens papa, qui est tamquam medium instrumentum, pro tunc supra ^c ecclesiam ^c prout ^c in concilio congregatam non habet exercitum iurisdictionis coactive, que, quando ecclesia non est actu congregata, supra singulos sibi competit, a forciori igitur non convenit esse medium legatis a papa constitutis. Bene autem conveniret pape in concilio promovere, solicitare et dirigere, sed non pro contradicente et obstante concilio ipse solus possit ac debeat statuere et diffinire ac declarare judicialiter sentencias ^d. Hoc enim dicit ^e auctoritatem superioritatis ^f. (107) Caput enim dicitur tripliciter, scilicet in ictum, et sic aliquis locus dicitur caput viarum et in psalmo: *In capite*

(104) ^a est *H V 2* ^b ipsa *B 1* ^c divisa *B 2.3 M V 1* ^d quando *B 2* ^e om. *B 2*

^f om. *B 3* ^g cf. *Add. 30* (*p. 109*)

(105) ^a competit sic *B 3* ^b sic *B 3*

(106) ^a ergo *B 1* ^b et *M* ^c om. *H* ^d sentenciare *codd.* ^e om. *B 2* ^f cf. *Add. 31* (*p. 109*)

(107) ^a om. *M* ^b om. *H*

(107) ¹ Ps 39,8 ² Is 9,15 ³ 1 Reg 15,17

libri scriptum est de me,¹ id est in ^a inicio; alio modo pro quadam dignitate sive honoris prerogativa absque tamen auctoritate sive superioritate, unde Ysaias: *Longevus et honorabilis ipse est caput*²; item pro quadam auctoritate³ in dirigendo promovendo id quod bonum est, et sic dicitur de Saul. Que respectu predictorum pape non ^b competit in concilio.

(108) Secundum autem principale, ratione cuius hec superioritas probaretur, dictum fuit quod est conciliarum auctoritas, qua usa fuere ^a concilia in principio, quo celebrari cuperunt.

(109) Premissa autem diffinizione ^a generalis concilii, que communiter talis dicitur esse: *Concilium generale est* ^b presupponitur, quod sicut acciones personarum concilii quantum ad ea, que conciliariter fiunt, sunt communes, ita quod non unus, duo aut tres, sed omnes insimul agere dicuntur, ita et auctoritas, ratione cuius eis competit sic disponere, est eciam ipsis communis. Si enim in papa solo vel eius legatis existeret diffiniendi et statuendi potestas, decreta conciliarum non dicerentur constare omnium universali consensu, cuius contrarium asserit Gregorius papa in cap. *Sicut sancti xv^c di.*¹ Frustra enim diceretur, quod omnium universalis consensu constituta sunt, si in consencentibus nulla auctoritas statuendi esset, quia nec dissensus potuisset impedire. Hoc autem patet disurrenti gesta omnium quasi antiquorum conciliarum, in quibus reperitur sic dictum: *Sancta synodus vel sacrum concilium statuit aut diffinivit* ^d, *declarat vel anathematizat, vel placuit aut placet sancte synodo* aut per similia verba. Item in subscripcione omnium episcoporum, qui intererant, reperitur sic dictum: *Ego N. episcopus diffiniens subscripsi vel iudicans aut statuens, et idem verbum ponitur in subscripcione legatorum summi pontificis, qui intererant, nec plus attribuitur hiis quam quibuscumque aliis, qui synodum celebrabant* ^e. Et hoc ^f reperitur sic factum fuisse in quatuor conciliis, que dicuntur esse tante auctoritatis ut quatuor evangelia², similiter in aliis quatuor, que octo iurat papa in sua professione³ in principio sui pontificatus. Et de hoc, quod communis erat in conciliis auctoritas diffiniendi, nedum reperitur per Isidorum in libro conciliarum et in aliis libris de gestis

(108) ^a generalia add. H

(109) ^a descripcion^c H V 2 ^b ecclesia legitime congregata add. H V 2 ^c sic H V 2, XVII cett. ^d diffinit B 3 ^e celebrating B 3 ^f om. H

(109) ¹ DECRET. Grat. I dist. 15 c. 2 (p. 36), GREG. M. epist. I 24 (MG Epist. I p. 36) ² cf. ibid. ³ cf. Mansi 27 p. 116^E – 1162^A, COD p. 418,29–33 (sess. 39,9. Okt. 1417)

conciliorum^g, sed eciam in decretis^h, et quod amplius, quia eciam presente papa reperiturⁱ, quod auctoritas diffiniendi competebat episcopis synodus celebrantibus vel ipsi concilio, et sic papa ab eis diffiniri postulabat prout cap.^k *Quod quis xxxv q. ix⁵ et cap. Nimis de iure⁶.* Unde patet, quod auctoritas diffiniendi non in papa, sed eciam est in patribus, qui sunt presentes in concilio.

(110) Item reperitur, quod summi pontifices acquiescebant decretis et declaracionibus ac statutis per generalia concilia, nec licebat eis in aliquo refragari, sed pocius se illis conformare, ut patet ex dicto decreto Gregorii, quod *se^a et non illa*, videlicet decreta generalium conciliorum, *destruit, quisquis presumpserit absolvere quos ligant aut ligare quos absolvunt¹*. Item idem: *Si ea destruerem, que antecessores mei statuerunt, non^b constructor^c, sed eversor esse iuste comprobarer²*. Item: *Absit a me, ut statuta maiorum cum sacerdotibus meis infringam, quia michi iniuriam facio, si fratrum meorum iura perturbo³*. Idem Leo: *Que ad perpetuam generaliter ordinata sunt utilitatem, nulla commutacione varientur⁴*. Item Gelasius papa: *Confidimus, quod nullus^d christianus ignoret uniuscuiusque synodi constitutum, quod universalis ecclessie approbavit sensus, nullam magis exequi sedem pre ceteris oportere quam primam⁵*. Item Urbanus papa: *Sunt quidam dicentes Romano pontifici semper licuisse novas condere leges, quod et nos non solum <non>^e negamus^f, sed eciam valde affirmamus. Sciendum vero summopere est, quod inde novas leges condere potest, unde evangeliste aliquid nequaquam dixerunt. Ubi vero Dominus vel eius apostoli et eos^g sequentes sancti patres sentencialiter aliquid diffinierunt, ibi non novam legem Romanus pontifex dare, sed pocius quod predicatum est usque ad animam^h et sanguinem confirmare debet⁶*. Item Zosimus papa: *Contra statuta patrum concedere aliquid vel mutare nec huius quidem sedis potest auctoritas⁷*. Item Leo papa: *Ideo permittente Domino pastores hominum sumus effecti, ut quod patres nostri siveⁱ in sanctis*

(109) ^g et specialiter per sanctum Cipriani in multis epistolarum suarum add. *H V 2* ^h XVI dist. *Habeo librum⁴ add. H V 2* ⁱ Ende von *B 2* ^k cap. usque concilio add. *H V 2*

(110) ^a om. *B 3 M* ^b si *B 1 V 2* ^c auctor *B 1 V 2* ^d iam add. *B 3 M* ^e om. *V 1* ^f negavimus *B 1.3* ^g eis *codd.* ^h animas *B 1 V 1.2* ⁱ om. *V 1*

(109) ⁴ DECRET. Grat. I dist. 16 c. 6 (p. 43 s) ⁵ DECRET. Grat II caus. 35 qu. 9 c. 3 (p. 1284) ⁶ DECRETAL. GREG. IX lib. II tit. 24 c. 30 (ed. Friedberg II p. 372) ¹¹⁰ ¹ DECRET. Grat. I dist. 15 c. 2 (p. 36), GREG. M. epist. I 24 (MG Epist. I p. 36) ² DECRET. Grat. II caus. 25 qu. 2 c. 4 (p. 1013) ³ ibid. qu. 2 c. 10 (p. 1014) ⁴ ibid. qu. 1 c. 3 (p. 1007) ⁵ ibid. qu. 1 c. 1 (p. 1007) ⁶ ibid. qu. 1 c. 6 (p. 1008) ⁷ ibid. qu. 1 c. 7 (p. 1008)

canonibus sive in mundanis astruxere legibus, excedere minime debeamus; contra sanctorum quippe agimus saluberrima instituta, si quod ipsi^k divino statuerunt consilio¹, intactum non servamus⁸.

(111) Item predicta duo, videlicet quod acciones eorum, qui concilia celebrant, sint communes illisque insit communis auctoritas, ac quod ordinacioni concilii papa acquiescere teneatur, probatur ex gestis quatuor conciliorum, de quibus fit mencio in Actibus apostolorum.

(112) In primo namque de eleccióne Mathie habetur, quod licet Petrus, qui primus erat – unde dicitur, quod *exurgens Petrus in medio*¹ –, sic^a ceteris honorabilior, prout spectat ad presidentem, proposuerit et^b concluserit^b sic^c faciendum, actus tamen, qui videntur notare auctoritatem et iurisdiccionem, fuerunt omnibus communes. Nam dicitur de omnibus, quod *statuerunt duos et dederunt eis sortes*². In secundo vero concilio, de quo Act. vi, habetur clarius; ubi nam dicitur, quod *convocantes duodecim multitudinem discipulorum dixerunt: non est equum*³ etc.; et subiungitur *quos constituamus super hoc opus*⁴ et infra, quod *imposuerunt eis manus*⁵. Constat autem^d, quod hec manifeste notant in omnibus apostolis esse communem auctoritatem. Et in hiis specialiter advertendum est, quod nedum statuere, sed eciam ad concilium convocare omnibus apostolis, non soli Petro tribuitur, et quod non solum in causis, que ad fidem dicuntur communiter pertinere, sed eciam quoad dispositionem ministrorum et institutionem in ecclesiasticis^e officiis hec duo concilia legitur processisse. In tertio autem concilio, de quo Act. xv⁶, satis clare patet; cum enim Iacobus ult. iudicavit, non dixit, quod Petrus, qui presens erat, iudicavit, sed inquit: *Symon narravit*^f⁷. Epistola⁸ eciam non nomine Petri, sed apostolorum et seniorum missa^g est^g. In quarto eciam, Act. xxi⁹, quando Paulo fuit iniunctum a congregacione seniorum, ut deberet se conformare ceremoniis legis Mosaice. Accio ibi notatur communis, quia subditur^h: *Hoc ergo fac, quod tibi dicimus*¹⁰.

(110) ^k om. H ¹ concilio coda. consulto *Decret.*, (consilio A, Ivo)

(112) ^a sicut B 3 H M V 1.2 ^b om. H V 2 ^c esse add. II ^d om. H ^e et^t temporalibus add. H V 2 ^f et de ipso Jacobo supra dicit magister in hystoria secundo, quod in auctoritate pontificali protulit sententiam definitivam add. H V 2 ^g sic H V 2, ministrorum cett. ^h subditur V 2

(110) ⁸ ibid. qu. 1 c. 16 (p. 1010)

(112) ¹ Act 1,15 ² Act 23,26 ³ Act 6,2 ⁴ Act 6,3 ⁵ Act 6,6 ⁶ cf. Act 15,6 ss ⁷ Act 15,14 ⁸ cf. Act 15,23 ⁹ cf. Act 21,18 ss ¹⁰ Act 21,23

(113) Quod autem Petrus acquiesceret iniunctis ^a sibi et ordinatis per concilium apostolorum, patet manifeste primo Act. VIII ¹, ubi dicitur, quod audientes apostoli, *quod Samaria recepisset verbum Dei, miserunt b ad eos Petrum et Iohannem* ^c, et Petrus absque alia discussione statim ^d iniuncta complevit. Missio autem de sua ratione significat auctoritatem in mittente respectu missi. Unde ex hoc, quod in evangelio legitur, quod Filius mittit Spiritum Sanctum, sancti et doctores concludunt, quod Spiritus Sanctus procedit ab eo, et quia ^e Pater a nullo procedit, sed est principaliter in eo auctoritas respectu divinarum personarum, hinc est, quod numquam legitur missus ^f. (114) Quod eciam papa observare teneretur ordinata per concilium tamquam ex necessitate ut ^a quilibet aliorum, patet manifeste ad Gal. II cap. ¹, ubi apostolus testatur, quod pro eo, quod Petrus dabat occasionem, ut alii fideles non observarent decretum factum in dicto tertio concilio, Paulus restitit sibi in faciem, reddens causam de predicta resistencia, quia ipse Petrus reprehensibilis erat, eo quod non ambularet ad veritatem evangelii. (115) Ex qua auctoritate videtur quoddam singularissimum primo notandum, videlicet quod decretum ipsius concilii ab apostolo reputabatur tante auctoritatis, ut diceret, quod veritas ipsius est veritas evangelii. Constat enim, quod non continebatur saltem expresse in evangelio id, super quo ^a Paulus reprehendit Petrum, sed continebatur in dicto ^b decreto. Et forte ex hoc verbo sumpsit Gregorius, quod quatuor concilia sunt veneranda ut quatuor evangelia ¹, quia Paulus veritatem dicti decreti dixit veritatem evangelii. (116) Secundo notatur, quod, ubi agitur contra libertatem religionis christiane, nullatenus pacienter ferendum est, ymmo statim debet resisti. Patet ex principio dicti capituli, ubi dicit Paulus ¹, quod cum aliqui subintroducti fratres subintroissent explorare libertatem, quam habent fideles in Christo, quod nec ad horam cessit subiectioni, ut veritas evangelii appareret. Constat autem esse

(113) ^a in iniunctis *codd.* ^b miserant *B1 M* ^c Iacobem *B1.3 V1* ^d *om. H*
^e quod *V2* ^f prout hoc clarius notatur XI, XIXII et XV distinccionis primi <libri> sentenciarum *add. H V2*

(114) ^a et *M*, similiter *add. H*

(115) ^a quod *B1* ^b *om. M*

(113) ¹ Act 8,14 ss

(114) ¹ cf. Gal 2,11 ss

(115) ¹ cf. DECRET. Grat. I dist. 15 c. 2 (p. 35), GREG. M. epist. I 24 (MG Epist. I p. 36)

(116) ¹ cf. Gal 2,4 s

contra libertatem christiane religionis, quod summus pontifex asserat sibi competere pro suo libito posse immutare decreta quecumque fiant in generalibus conciliis. Unde pro tuenda hac libertate, ne christiana religio redigatur in hanc servitutem, iuxta exemplum apostoli videtur esse opus maxime meritorium super hoc resistere. (117) Tercio, quod nedum quando summus pontifex infringit decreta, sed ^a quando ex eius accione alii sumunt occasionem, quod ea non observent, licet sibi resistere. Patet, quia Petro, cum fuisset Iudeus, adhuc erat libertas utendi legalibus, sed quia, quando ipse utebatur, putabant gentiles, quod hoc erat de necessitate eciam ipsis, ideo fuit reprehensus, quia ex ipsius exemplo alii sumebant occasionem non se conformandi predicto decreto ^b. (118) Quarto notatur, quod nedum pro peccato mortali, sed pro solo veniali, quando illud est in ^a scandalum subditorum, licet redarguere summum pontificem. Patet, quia post adventum Spiritus Sancti in die pentecostis apostoli fuerunt in gracia confirmati nec peccaverunt mortaliter, unde nec ^b tunc ^b Petrus mortaliter peccaverat et tamen pro solo veniali a Paulo tam dure reprehensus publice fuit. Et advertendum diligenter, quod, si soli Paulo licuit declarare contra acciones Petri, quod non ambulabat ad veritatem evangelii, quanto magis licet concilio congregato respectu summi pontificis. (119) Ex hac igitur auctoritate, que merito pro manutenenda libertate ecclesie scribenda est litteris aureis, manifeste patet, quod summus pontifex tenetur observare decreta concilii. Nam si non tenebatur, iniuste Paulus redarguisset Petrum ^a.

(120) Est eciam diligenter attendendum, quod iuxta illud ^a, quod scribitur Act. xi¹, tempore apostolorum in tanta veneracione erat concilium sive congregacio apostolorum et seniorum, quod putabatur non licere quicquam ardui eciam ipsum Petrum facere absque predictorum deliberacione. Unde quia Petrus baptizavit Cornelium ², qui erat gentilis, et comedit cum ipso ^b, quando reversus est Ierosolimam ^c, ubi erat congregacio apostolorum, disceptabant adversus illum ³ pro hoc opere bono et ad quietandum oportuit, quod redderet rationem de gestis. Constat tamen, quod predicare gentibus verbum Dei et baptizare eos

(117) ^a seu B 1.3 ^b facto in tercio concilio apostolorum add. H V 2

(118) ^a om. M V 1 ^b tunc nec B 3

(119) ^a et bene attendendum si et quando cum auctoritate concordat, cap. si papa XL dist. in decretis ¹ add. H V 2

(120) ^a om. V 2 ^b eo B 3 ^c prosoliciam B 1.3 V 1, pro solacio M

(119) ¹ DECRET. Grat. I dist. 40 c. 6 (p. 146)

(120) ¹ cf. Act 11,1–8 ² cf. Act 10,24–48 ³ cf. Act 11,2

erat^d ipsi Petro et aliis discipulis a Domino^e preceptum, Math. ult.: *Euntes in mundum universum predicate evangelium omni creature baptizantes eos*^f etc. Ex hiis autem quilibet animadvertere potest^f quanto hodierno tempore maiori^g existimacione^h se reputet summus pontifex supraⁱ Petrum, cum de opere sibi a Deo iniuncto, quia id fecit absque scitu aliorum, adversus eum disceptabatur, et tamen nunc papa dicit, quod incongruum et sanctorum patrum orthodoxorum et christianorum moribus alienum esse videtur, ut quis mortalium de ipsius pape voluntate, dispositione et iudicio audeat quomodolibet disceptare, cum tamen fuerit disceptatum adversus Petrum et ipse fuit^k a Paulo tam dure reprehensus.

(121) In hac eciam existimacione pro tempore, quo post persecucionem martirum cuperunt celebrari generalia concilia, reputata fuerunt decreta precedencium conciliorum. Primum enim in concilio petebatur, an super materia, de qua agebatur, esset iam canon alicuius universalis concilii et illi stabatur acsi fuisset auctoritas contenta in sacra scriptura; et si quid papa vellet disponere^a aut^b asserere^c contra ipsum canonom, non^d acquiescebat ei, ymmo expresse legitur in concilio Affricano¹, sicut supra allegatum est, quod cum legati pape ostendissent litteras Romani pontificis asserentes sibi competere de appellationibus^e episcoporum cognoscere iuxta deliberata in primo concilio Niceno, concilium respondit oportere videri, an ita in gestis ipsius concilii continetur, fuitque missum ad Greciam pro veris exemplaribus dicti concilii, et quia ibi non repertum est, quod papa per suas litteras asserebat, responsum fuit non standum esse^f in hoc litteris pape^g (122). Sed quoniam in volumine decretorum quamplurime auctoritates^a reperiuntur super materia conciliorum et quedam videntur nimis extollere auctoritatem summi pontificis, est intelligendum, quod a predicto tempore, videlicet Sancti Silvestri, cum tunc essent in ecclesia quinque patriarchales sedes, videlicet Romana, Constantinopolitana, Alexandrina, Ierosolimitana et Antiochena, concilia, que celerabantur, erant in multiplice differencia. Erat enim concilium episcopale metropolitanum^b unius regni

(120) ^d om. M ^e est add. M ^f sic H V 2, om. cett. ^g maiorem V 2 ^h om. V 2
ⁱ super B 1.3 H V 1 ^k fuerit H M

(121) ^a sic H, disponeret cett. ^b sic H, alias cett. ^c sic H, assereret cett. ^d nam
B 1.3 V 2 ^e sic H V 2, applausu cett. ^f est B 1.3 ^g cf. Add. 32 (p. 110)

(122) ^a acciones H ^b metropolitaneum B 1.3 V 1

(120) ⁴ Mc 16,15 cf. Mt 28,19

(121) ¹ cf. Mansi 4 p. 515 E, PS. ISID. decret. (ed. Hinschius p. 315 a-b)

sive nationis et supra hoc concilium patriarchale ^c videlicet omnium ecclesiarum, que erant subdite illi patriarchatui; et sicut erat concilium patriarchale Antiochenum aut Constantinopolitanum, ita eciam erat concilium patriarchale Romanum, in quo conveniebant de omnibus ecclesiis ^d subiectis sedi Romane, non autem de illis, que erant subiecte aliis sedibus quatuor; et communiter hoc concilium celebrabatur Rome et ad interessendum isti concilio episcopi ordinati a papa Romano tenebantur et iurabant singulis annis aut bienniis visitare limina ^e apostolorum. Supra hec concilia patriarchalia, que eciam nominabantur generalia, erat concilium universale, in quo erat congregacio ex omnibus ecclesiis, que erant subiecte omnibus quinque sedibus. Et decretum, quod in huiusmodi concilio universalis fiebat, appellabatur canon, qui erat regula universaliter tocius ecclesie et summi pontificis, epistole vero decretales dicebantur illa decreta, que papa Romanus faciebat in suo concilio patriarchali de consensu episcoporum, qui omni anno visitabant limina apostolorum ^f. Unde quasi continuabatur Rome semper patriarchale concilium, quod apud alias sedes non erat, sed intervallo facto certis conveniebant temporibus. Et quando aliquid a papa fiebat cum consensu dicti concilii vel presbyterorum et dyaconorum ecclesie Romane, qui erant sibi coadiutores et consiliarii assistentes, hoc dicebatur facere ecclesia Romana sive sedes apostolica, non autem, que ex sola voluntate pape procederent. Et huiusmodi epistole decretales erant tante auctoritatis ut decreta aliorum conciliorum, non autem ut canones, qui fiebant in concilio universalis. Quod eciam hodie videtur constare ex hiis, que narrantur super hac questione in decretis ¹. Ibi enim manifeste legitur, quod liber canonum, qui in conciliis fiebant ^g, habebatur in tanta veneracione, ut communiter epistole decretales ibi non continebantur. Opponitur, quod non debebant esse tante auctoritatis, et tandem dicitur, quod quia in ipso libro canonum reperitur, quod ^h huiusmodi epistolis credi beat sicut canoni, ideo sunt tante auctoritatis. Conclusio tamen decisiva est <etc.> ⁱ.

(123) Attendum eciam, quod hec concilia universalia fiebant non tam auctoritate summi pontificis quam ipsius ecclesie. Unde in sententiis ipsorum conciliorum legimus, quod dicebant *Auctoritate igitur a Christo*

(122) ^c patriarche *H* ^d subditis *H* ^e sanctorum *add. B 3 M* ^f cf. *Add. 33*
 (*p. 111*) ^g fiebat *add. B 3* ^h ad *add. B 3* ⁱ cf. *Add. 34* (*p. 111*)

(122) ¹ cf. DECRET. Grat. I dist. 19 p. I c. 1 (p. 58 s)

accepta excommunicamus aut Sancta synodus diffinit. Unde quod concilium universale habeat ^a auctoritatem a Christo immediate, manifeste patet intuenti gesta antiquorum conciliorum. In primo namque magno concilio Niceno statim post editum symbolum statim subiungitur anathematizatio auctoritate ecclesie dicendo: *Eos autem, qui ^b dicunt ^b, erat tempus quando non erat, et priusquam nasceretur non erat, et quia nullis subsistentibus factus est aut ex alia substancia vel essentia dicunt esse trepton, hoc est convertibilem aut mutabilem, filium Dei, hos anathematizat catholica et apostolica ecclesia. Hec est fides, quam exposuerunt patres, primum quidem adversus Arium blasphemantem et dicentem creaturam Filium Dei et adversus omnem heresem extollentem se et insurgentem contra catholicam et apostolicam ecclesiam, quam cum ^c auctoribus ^d suis dampnante ^e nunc ^f apud Nicenam ^g civitatem supradictam CCCXVIII episcopi in unum congregati, quorum nomina cum provinciis etc.* ¹. Hoc eciam patet in multis aliis generalibus conciliis et quasi in omnibus, de quibus mencionem facit Isidorus in libro conciliorum ^h.

(124) Item, prout patet disurrenti gesta conciliorum, manifestum est ^a, quod presidere in concilio generali non dicitur soli pape convenire, ymmo legitur, quod in multis conciliis presidebant imperatores, sub quibus generalia fiebant concilia. Hec autem presidencia, prout in gestis ipsorum conciliorum legitur ^b, non dicebat in presidente auctoritatem diffiniendi, statuendi sive declarandi, sed officium vel exercitium introducendi negocia in concilio vel promovendi. Unde imperator, qui presidebat, interloquebatur inter concilium et personas, contra quas in concilio procedebatur vel que deberent aliquid in concilio proponere; dicebat enim *Synodus iubet, ut talis suas acciones proponat, vel quod ^c exeat aut similia;* de legatis autem sedis apostolice ^d, quod erant consedentes vel quod interfuerunt ^e legati aut interfuit legacio ^f sedis apostolice, non autem legitur, quod presiderent, nec istud verbum reperitur dictum a concilio. Bene autem in gestis cuiusdam Africani concilii narratur, quod in litteris pape continebatur eos destinasse ad presidendum in dicto concilio nomine humilitatis sue quodque ipsi in subscrip-

(123) ^a habebat B 3 ^b sic H V 2, Conc., om. cett. ^c in B 3 M ^d auctoritatibus M V 1.2 ^e dampnare B 1, dampnavit H, dampnarunt V 2 ^f om. B 3 M V 1.2
^g Niceam M ^h cf. Add. 35 (p. 111)

(124) ^a esse B 1 M ^b continetur H V 2 ^c om. B 3 M V 1 ^d legitur add. H M V 2 ^e sic V 2, interfuerant cett. ^f legatus B 3 M

(123) ¹ Mansi 2 p. 665 s, COD p. 4, PS. ISID. decret. (ed. Hinschius p. 260)

cionibus suis vocarent se presidentes, sed in subscriptionibus, quas Isidorus refert, que videntur se habere quasi concilium sive notarius concilii testificaretur, non exprimitur nomen presidentis. (125) Quod autem allegabatur de concilio Senensi¹, quod ibi legati pape nominati sunt presidentes, fuit dictum^a ab hiis, qui interfuerunt^b ibidem, quod^c cum tres sessiones in dicto concilio Senensi et Papiensi facte fuerunt, numquam sic nominati sunt nisi in ultima, et hanc nominacionem extorserunt quasi violenter et cum displicencia ac resistencia plurimorum; item^d quod non liceret illud allegari in confirmatione, ymmo propter modum, qui ibidem tentus est a presidentibus pape, debeat^e per ecclesiam statui, ne umquam legati pape in conciliis presiderent, et privare ipsos hoc honore sive excellencia, eciam si alias competeret. Fuit quidem notum ecclesie Dei, quanto cum scandalo et quam turpiter dicti presidentes illud concilium dissolverunt. Cum enim ad hanc dissolutionem faciendam numquam potuerunt obtainere consensum patrum, qui tunc erant in concilio, certo die festo, cum tota civitas concurreret ad spectaculum, dimissis litteris affixis de dissolucione fugierunt occulte de loco concilii^f. Item quia, quando in concilio legati pape sunt presidentes, papa putat se dissolvere concilium per revocationem presidencie ipsorum, sicut factum fuit in concilio Basiliensi^g.

(126) Itaque, cum ipsi concilio principaliter competit auctoritas diffiniendi, statuendi ac declarandi, eciam papa tenetur ipsius decretis acquiescere, suis legatis non videtur competere talis auctoritas presidencie iuxta forman in dictis bullis contentam; equidem non posset stare salva conciliarum auctoritate.

(127) Tercium principale, ex quo dicebatur probari predicta conclusio, erant^a gesta concilii Constanciensis et decreta eiusdem tam ea, que generalia sunt de auctoritate et potestate generalis concilii, quam ea, que fuerunt ibidem facta in processu contra papam Iohannem XXII et pro unionis consecucione^b.

(125) ^asuper hoc inter prefatos dominos deputatos add. H V2 ^binterfuerint B 1.3 V1 ^com. B 1.3 V1 ^dfuit dictum add. H V2 ^edeberet H V2 ^fet quod gravius, quia transierant XX dies, quod dicti presidentes assecuraverant dicendo, quod non intendebant dissolvere concilium, prout (hoc add. H) patet in gestis dicti concilii add. H V2 ^gcf. Add. 36 (p. 111)

(127) ^aerat B 1.2.3 ^bconservacione M V1, conservacionis B 1.3

(125) ¹ cf. Mansi 28 p. 1075 C

(128) Pro cuius clariori evidencia sciendum, quod, prout^a habetur in libro de gestis ipsius^b concilii, dictum concilium fuit convocatum^c auctoritate pape Iohannis XXIII et die veneris XVI mensis novembris anno Domini MCCCXIV fuit tenta prima sessio et presedit dictus Iohannes papa, qui celebravit missam et fecit sermonem. Deinde cum papa de nocte clandestine XXI die marci anno Domini MCCCCXV recessisset^d et ex cuius recessu aliqui putabant concilium esse dissolutum, statim successive facte sunt tres sessiones, in quibus decretatum est, quod per dictum recessum pape aut prelatorum vel aliorum sequencium ipsum^e dictum concilium non esset dissolutum, sed quod remaneret in sua integritate et auctoritate, eiam si que ordinaciones^f in contrarium facte essent vel fierent in futurum¹; item quod ipse Iohannes non mutaret vel transferret Romanam curiam et officia publica illius de dicto loco Constancensi, et processus, si quos contra faceret, et censuras esse irrita²; item quoad privaciones et translaciones quorumcumque prelatorum et beneficiatorum^g in lesionem ipsius concilii³, et quod non crearet novos cardinales et si quos crearet, declarabat concilium pro non cardinalibus haberi⁴. Item fecit decreta duo de potestate et^h auctoritate concilii generalis, quorum tenor sequitur: *Et primo, quod ipsa synodus in Spiritu Sancto legitime congregata*⁵ etc. Deinde in quinta sessione indixit certam formam procuratorii⁶, in quaⁱ dictus^k Iohannes papa deberet constitutere certos per concilium nominatos procuratores, cum iuramento Deo¹, ecclesie^m et concilio de numquam eos revocando, ad cedendum et renunciandum papatuiⁿ nomine suo omnes^o procuratores vel duos ex ipsis; in quo procuratorio inseruntur alie multe clausule tangentibus signa plenissime subiectionis et inferioritatis. Item in eadem sessione nominati sunt aliqui, qui nomine concilii requirent ipsum papam, quod infra duos dies deberet eligere certum locum et quod deberet personaliter se conferre ad eum infra decem dies⁷. Item in sessione VI^p et VII et con-

(128) ^a om. B 3 M ^b dicti add. H ^c congregatum V 2 ^d recesserit B 3 M,
recessit V 2 ^e om. M ^f per dictum Iohannem papam add. H V 2 ^g benefi-
ciorum codd. ^h om. B 1 ⁱ quo M ^k dominus V 2 ^l de B 1 V 1.2 ^m eccl-
esia B 1 V 2 ⁿ papatum B 1.3 ^o ipsos add. B 3 V 1

(128) ¹ cf. Mansi 27 p. 580 C, COD p. 383,14–18 (sess. 3, 26. März 1415) ² cf.
Mansi 27 p. 585 C-D, COD p. 384,15–385,3 (sess. 4, 30. März 1415) ³ cf. Mansi 27
p. 591 B, COD p. 386,9 (sess. 5, 6. April 1415) ⁴ cf. Mansi 27 p. 585 E – 586 A,
COD p. 385,7–9 (sess. 4, 30. März 1415) ⁵ cf. Mansi 27 p. 585 B – 586 A, COD
p. 384,1 os (sess. 4, 30. März 1415) ⁶ cf. Mansi 27 p. 590 D – 591 C, COD p. 385,
22 s (sess. 5, 6. April 1415), Mansi 27 p. 607 C – 609 B (sess. 6, 17. April 1415) ⁷ cf.
Mansi 27 p. 609 E – 610 C

sequentes^p continetur de citacione et processu contra ipsum Iohannem^q papam^q super symoniaca pravitate et dilapidacione ecclesie⁸, ratione quorum et aliorum criminum^r contra eundem late fuerunt per concilium primo sentencia suspensionis ab omni administracione papatus in spiritualibus et temporalibus⁹, deinde sentencia deposicionis et privacionis ac eiectionis a papatu et inhabilitacionis ut reelegi non posset¹⁰. Hec autem omnia supradicta utrum perhibeant testimonium de superioritate pape^s respectu concilii vel econverso, quilibet habens^t granum de intellectu facillime iudicare potest. (129) Item hoc patet manifeste ex decretis xxxix sessionis, ubi instituitur de perpetua in futurum celebracione conciliorum, et si casu scisma contingeret, quibus occurri debet^a remediis¹. Nam inter cetera statuitur contra eos, qui pro papa se gerent, pena suspensionis ipso facto ab omni administracione papatus in multis casibus et inhabilitacionis ad illum et quaslibet alias ecclesiasticas dignitates. Item in eadem sessione statuta est certa forma iuramenti, quam quilibet electus in Romanum pontificem debet prestare, et inter alias clausulas inseritur, quod iure tenere fidem secundum tradiciones generalium conciliorum². (130) Itaque cum generale concilium penas infligat summis pontificibus propter perpetratos excessus et indicit leges, quibus suas in futurum dirigant acciones, irritum decernens quidquid contra attemptatum fuerit, manifeste constare videtur de ipsius concilii superioritate respectu pape.

(131) Sed quoniam supradicta, specialiter que de processu contra dictum^a Iohannem papam, propter hoc, quod communiter de hiis non tam omnibus constat et quoniam non generaliter determinata sive declarata^b, sed^c in certo^d processu, quia^e ex diversis circumstanciis pro tempore^f occurrentibus non reputantur tante auctoritatis ad arguendum huiusmodi superioritatem, ideo ex predictis duobus decretis, que iam in ecclesia divulgatissima sunt, inducitur. (132) Et primo ex hoc, quod

(128) ^p VI usque consequentes H V 2, om. cett. ^q papam Iohannem B 3 ^r omnium B 1,3 ^s om. V 2 ^t bonum add. M

(129) ^a deberet H

(131) ^a om. M ^b sunt add. H V 2 ^c continentur add. H V 2 ^d dicto add. H V 2 ^e qui codd., dicentur iustificari posse add. H V 2 ^f parte H

(128) ⁸ cf. Mansi 27 p. 625 A – 627 B (sess. 7, 2. Mai 1415) ⁹ cf. Mansi 27 p. 652 B – 654 D (sess. 10, 14. Mai 1415) ¹⁰ cf. Mansi 27 p. 715 D – 716 C, COD p. 393,8 ss (sess. 12, 29. Mai 1415)

(129) ¹ cf. Mansi 27 p. 1159 B – 1161 D, COD p. 414–418,13 (sess. 39, 9. Okt. 1417)

² cf. Mansi 27 p. 1161 D – 1162 A, COD p. 418,15–40

dicitur *in Spiritu Sancto legitime congregata*¹. Nam ^a ut salvator inquit: *Quos Deus matrimonio coniunxit, homo separare non potest*², ita ut quia Deus dicitur fecisse coniunctionem, quoad eius separacionem homo potestatem non habet, eciam si summus pontifex fuerit, qui tamen in omnibus dicitur presidere, quanto a forciori, cum concilium sit in *Spiritu Sancto legitime congregatum*, summus pontifex non habebit potestatem dissolvendi. Constat autem, quod si in concilio non sit alia auctoritas, nisi que ab ipso conceditur suis presidentibus, ita ut ipsi possint absque concilio vel eo renitente, concilium vero eis dissidentibus nichil valeat diffinire, tunc manifeste sequeretur, quod in potestate pape^b esset dissolvere et separare concilium in^c suos presidentes revocando, sicut diebus nostris fieri temptatum est in concilio Senensi et hoc Basiliensi. Sed si hoc non potest quantum ad coniuctos in matrimonio, quia coniunxit eos Deus, multo minus dissolvere poterit concilium congregatum^d *Spiritu Sancto*, et per consequens non videtur habere auctoritatem presidencie simpliciter supra^e illud. (133) Item ex illo verbo *generale concilium faciens*^a¹. Constat enim, quod singulari universale bonum et generale particulari preponitur. Cum ergo concilium de sui racione includat papam et alios singulares permaxime eos, qui interesse tenentur, sicut omne totum, quia maius, preponitur sue parti, ita generale concilium pape. (134) Item ex verbo *ecclesiam militantem representans*¹. Quecumque enim, prout in responsione *Cogitanti*² dicitur, de auctoritate ecclesie asseruntur, ad generale concilium, quod ipsam representat, trahi necesse est, alioquin non recte^a esset representacio, si eadem in representante et representato non esset auctoritas. Cum ergo ecclesia multiplici racione, ut supra dictum est, preferatur pape, ergo et concilium generale. (135) Item ex verbo *potestatem a Christo immediate habet*¹. Si enim concilium habet potestatem immediate a Christo, ergo inter concilium et Christum nichil quoad ipsam potestatem est medium, quod diceretur esse inferius Christo et superius concilio. Si^a iam illud

(132) ^a namque *H M V2* ^b *om. H* ^c *om. H* ^d in *add. H* ^e *sic H V2, super cett.*

(133) ^a *faciens usque generale om. V1*

(134) ^a *recta H V2 Mansi*

(135) ^a *si usque concilio om. B3 M V1*

(132) ¹ *Mansi 27 p. 585 B (590 D), COD p. 384,10 (385,22)* ² *Mt 19,6 Mc 10,9*

(133) ¹ *Mansi 27 p. 585 B (590D), COD p. 384,11 (385,23)*

(134) ¹ *Mansi 27 p. 585 B (590 D), COD p. 384,11 (384, 22 s)* ² *Mansi 29 p. 247 B (239 B – 267 D)*

(135) ¹ *Mansi 27 p. 585 B (390 E), COD p. 384,12 (385,24)*

tale ^b superius concilio non diceretur esse vel ^c equale Christo aut superius ^d, et sicut supremo ^e mentis humane nichil preeminet nisi Deus, quia ipsa immediate effective a Deo illuminatur et vivificatur, ita videatur dicendum de concilio, quod immediate recipit ^f suam potestatem a Christo et ab ipso ^g Spiritu Sancto dirigitur et regulatur. Si enim, ut predicte bulle de presidencia ² dicere videntur, quod ^h potestas concilii a papa dependeret, iam non a Christo immediate, sed ⁱ mediante papa diceretur recipere potestatem. Constat autem, quod a Christo immediate; ergo in ratione potestatis papa non videtur preeminere, quinymmo si concilium dictam potestatem quasi datam a Christo non sufficienter acceptaret, videretur inuiriam facere Christo, a quo est omne donum perfectum ³. Hinc sequitur, quod cum potestatem immediate habeat a Christo superiori, quod papa ei potestative non preeminet. (136) Quinto patet ex verbo *cui quilibet, eciam si papalis dignitatis existat, obedire tenetur* ¹, quo nichil clarus dici potest. Nemo enim necessitate coactiva tenetur obedire legi vel statuto ipsius pape auctoritate facto; sed papa tenetur obedire statutis et mandatis concilii, ergo statuta concilii non habent vigorem dumtaxat ex auctoritate pape. Oportet ergo dicere, quod concilium habet aliam quam suam a superiore auctoritatem, ex quo papa mandatis ipsius obedire tenetur. Nec enumeracio trium casuum ², que subsequitur, contradicit quin simpliciter concilio subsit, tum ^a quia non per modum limitacionis sed magis expressionis sive declarationis ponitur, (cum ^b quia cum ^c affirmacione ponitur, quod in hiis conceditur, de aliis non negatur), tum quia hec tunc specialiter expressa fuerunt ex eo, quod super hiis principaliter in eodem concilio agebatur, ut patet intuenti librum de gestis ipsius concilii, tum quia tres tam generales sunt, quod quasi omnia sub se comprehendant. Quid enim est in ecclesia, quod ad fidem vel ad mores non pertineat? Singulariter vero hoc videtur constare propter verbum in capite; quicumque enim tenetur alteri obedire in omnibus, que ad sui reformatioinem ^d pertinent,

(135) ^b quod asseret se esse *add. H V 2* ^c *om. H V 2* ^d cum inter Christum et concilium quoad ipsam potestatem nichil sit medium *add. H V 2* ^e summo *B 3 M V 1* ^f *om. B 3* ^g *om. H* ^h *om. H V 2* ⁱ sed usque immediate *om. B 3 M V 1*

(136) ^a cum *V 1* ^b tamen *B 1 M V 2* ^c *om. B 3 M* ^d conformacionem (conservacionem?) *B 1.3 V 1*

(135) ² cf. Mansi 29 p. 575 ^E – 578 ^D ³ cf. Jac 1,17

(136) ¹ Mansi 27 p. 585 ^B (590 ^D), COD p. 384,12 s (385,24 s) ² sc.: ad fidem et extirpationem dicti schismatis ac generalem reformationem dictae ecclesiae Dei in capite et in membris (Mansi 27 p. 590 ^B, COD p. 385)

simpliciter diceretur ^e illi subiectus esse; nec retrahit verbum *generalem reformacionem*, quia que pertinent ad papam, non singularem, sed ^f generalem ^f sapere videntur reformacionem, cum ipse non singularis, sed censeatur persona communis. (137) Sexto autem manifestissime patet ex decreto subsequenti, ubi dicitur, quod *quicumque eciam si papalis dignitatis existat, non obedierit mandatis concilii generalis super premissis seu ad ea pertinentibus*, quod *debite puniatur eciam ad alia iuris subsidia recurrendo*¹. Quicumque enim alii obedire tenetur et nisi obediat per eum debite punitur, manifeste censetur inferior. Ex verbo autem, quod hic ponitur, *seu ad ea pertinentibus*², manifeste videtur haberi intellectus suprapositus, videlicet quod per illa tria in ^a primo decreto expressa omnia comprehenduntur. Quid namque excogitari potest, super quo concilium intendat respectu pape, quod non comprehendatur sub clausula superius expressa *in hiis, que pertinent ad fidem vel ad reformacionem*³? Et ultra hoc subiungitur hic, quod in *premissis seu ad ea pertinentibus*⁴. Si enim omnia videntur comprehendi sub clausula *in hiis, que pertinent ad fidem vel ad reformacionem*, quanto forcius, quando subiungitur, quod eciam in pertinentibus ad ^b pertinencia ad fidem et reformacionem. Sunt ergo tres gradus: primus, quod papa subicitur concilio ^c in hiis, que sunt fidei et reformacionis; secundus, quod subicitur nedum in hiis, que sunt fidei et reformacionis, sed eciam in pertinentibus ad fidem et reformacionem, multa enim ad hec pertinere dicuntur, que non sunt fides aut reformacio; tertius gradus, quod subicitur in pertinentibus ad ^d pertinencia ^d ad fidem et reformacionem; qui tertius gradus videtur tante latitudinis et extensionis, quod vix aliquid excogitari potest, quod sub eo comprehendi non possit ^e.

(138) Item ex hiis duobus decretis contra dictam presidenciam arguitur sic: Ex tenore et sentencia horum decretorum manifeste patet, quod concilium habet iurisdiccionem ordinariam quoad ea, que ibi sunt expressa ex condicione generalitatis et aliis ibidem contentis. Papa eciam dicitur ad eadem habere iurisdiccionem, et utraque dicitur esse a ^a Christo immediate. Presidentes vero pape si habent iurisdiccionem, hoc esset ^b, quia habent eam delegatam a papa, qui est multo inferior Christo,

(136) ^e dicetur *H V 2* ^f *om. V 1*

(137) ^a *om. B 3*, que *M* ^b *sic H V 2*, aut *cett.* ^c concilio *usque* subicitur *om. V 1*

^d *om. B 3 M* ^e cf. *Add. 37 (p. 112)*

(138) ^a *om. V 1* ^b est *H V 2*

137 ¹ Mansi 27 p. 590 E, COD p. 385,28–34 ² ibid. ³ ibid. ⁴ ibid.

a quo iurisdiccionem ordinariam habet concilium. Ergo nullatenus que delegata est ab inferiori, preferri potest iurisdiccioni concilii, que est concessa a superiori. Confirmatur hoc irrefragabiliter, quia cum papa sit subiectus concilio in dictis casibus, nullomodo presidentes sui, qui habent a papa iurisdiccionem delegatam, quoad illa, in quibus papa concilio subest, possent ^c ipsi concilio preferri. Constat autem ex dictis bullis de presidencia, quod concessa illis a papa potestas est quantum ad illa, super quibus in dicto decreto cavitur ¹, quod papa subest concilio.

(139) Item quantum ad hanc terciam partem ultimo arguitur ex condemnacione ^a Iohannis Wicleff facta per dictum concilium, prout apparet per bullam felicis recordacionis Martini pape v datam ^b Constancie sacro approbante concilio viii kal. marci pontificatus sui anno primo, scilicet anno Domini MCCCCXVIII ¹, que incipit *Inter cunctas pastoralis cure solicitudines*, ubi inter ceteros articulos condempnatos ^c dicitur sic: *Non est de necessitate salutis credere Romanam ecclesiam esse supremam inter alias ecclesias. Error, si per Romanam ecclesiam intelligatur ^d universalis ecclesia aut concilium generale aut pro quanto negaret primatum summi pontificis super alias ecclesias particulares* ². Ex quo patet, quod ^e de necessitate salutis est credere universalem ecclesiam et generale concilium principatum sive preeminenciam obtinere in ecclesiastica dignitate ^f.

(140) Sequitur quartum et ultimum principale, videlicet inducere ex decretis ac gestis huius sacri concilii Basiliensis ad presidenciam, prout in bullis continetur, non esse admittendum. Et quoniam de superioritate concilii ad papam, que est ^a medium ad fundandum ^b dictam intentionem, fere in omnibus sessionibus et gestis huius concilii habetur omniaque inducere esset nimis prolixum, proinde pauca ex multis licebit solum edisserere.

(138) ^c possunt *M V 2*

(139) ^a articulorum *add. H V 2* ^b data *codd.* ^c inseritur unus qui *add. H V 2*

^d intelligitur *V 2* ^e om. *B 1 V 1.2* ^f etc. *add. V 1*

(140) ^a proponitur *H V 2* ^b fundamentum *B 3 M V 1*

(138) ¹ sc.: omnia et singula, quae ad generalem reformationem ecclesiae in capite et in membris et pertinentibus ad ae, extirpationem heresum... noveritis pertinere, promovendi, proponendi atque cum consensu deliberatione et approbatione praefati concilii tractandi, ordinandi, deliberandi, concludendi, statuendi, disponendi, terminandi, decernendi, decidendi, declarandi et exequendi (Mansi 29 p. 576 ^c)

(139) ¹ Mansi 27 p. 1204 ^B – 1215 ^A ² art. 41 ibid. p. 1209 ^A, COD p. 389,24s

(141) Primo igitur allegatur secunda sessio; ibi enim continetur declaracio, quod papa non potuit nec possit hoc concilium dissolvere absque ipsius consensu et declaracione nec possit abstrahere a concilio qui in eo sunt, ac ^a impedire alios ne veniant, et quoscumque processus in contrarium esse irritos ¹. In tercia eciam sessione expressius hoc patet ex actu citacionis contra papam et cardinales cum inibi contentis ². Item in quarta, ubi ordinatur, quod eleccio Romani ^b pontificis fieri non possit nisi in loco concilii, si eo durante contingat sedem vacare, expresse irritando quecumque in contrarium ordinata eciam si papali auctoritate ^c³, similiter inhibendo creacionem cardinalium ⁴. De hiis eciam duobus in septima ⁵ clarius, in octava ⁶ eciam expressissime quoad plura inibi expressa, in undecima ⁷ vero specialiter ac manifeste quantum ad duo: imponit equidem summo pontifici necessitatem veniendi aut ^d mittendi ^e ad concilium generale sub pena suspensionis ipso facto ab administracione papatus ⁸, statuens ⁹ summum pontificem profiteri debere ratione violacionis dicti decreti ¹⁰ necnon cuiuslibet notorii criminis ecclesiam scandalizantis ^f se esse subiectum iudicio generalis concilii. Desuper contentis autem in duodecima sessione ¹¹ immorari multo opus non est, quia fere omnes oraciones et verba enunciant intencionem premissam; unde concludit, quod *hec sancta synodus in virtute omnipotentis Dei, a quo super omnes christifideles immediate potestatem vendicat, ipsum* ^g *Eugenium papam* ^h *manifestum* ⁱ *contumacem ab omni administracione papa tus suspendit* ¹². Sessio vero XIV^a irrefragabiliter hanc superioritatem demonstrat ¹³; imponitur enim pape certa forma, secundum quam beat veritatem confiteri et quecumque contra concilium et ipsius supposita per eum asserta et acta sunt revocare. Que omnia, ut sessio XVI monstrat ¹⁴, prout a concilio ordinatum est et per suas bullas patet, papa implevit, necnon videtur elici, quod omnia supradicta esse vera ac legitime facta ^k confessus est absque modificacione aliqua. (142) Hec

(141) ^a aut V 2 ^b summi H V 2 ^c dignitate B 3 M ^d ac B 1,3 V 1 ^e sum-
mum pontificem add. B 1 M ^f scandalizantem B 3 M ^g predictum dominum
Mansi ^h deest *Mansi* ⁱ manifeste *Mansi* ^k papa ipse add. H V 2

(141) ¹ cf. Mansi 29 p. 22 A-E (15. Febr. 1432) ² cf. ibid. p. 23 C – 27 B, partium COD p. 433,28–436,8 (29. April 1432) ³ cf. ibid. p. 32 A-E, COD p. 438,36–439,36 (20. Juni 1432) ⁴ cf. ibid. p. 34 A-C ⁵ cf. ibid. p. 42 D – 43 C, COD p. 440 (6. Nov. 1432) ⁶ cf. ibid. p. 43 D – 47 C spec. p. 45 C – 46 B, COD p. 440,28–441,32 (18. Dez. 1432) ⁷ cf. ibid. p. 52 E – 56 A, COD p. 442,3–445,14 (27. April 1433)
⁸ cf. ibid. p. 53 AB, COD p. 442,12–28 ⁹ cf. ibid. p. 55 BC, COD p. 444,35–445,8
¹⁰ sc. *Frequens* (Mansi 27 p. 1161 D – 1162 A, COD p. 418) ¹¹ cf. Mansi 29 p. 56 B – 61 B (13. Juli 1433) ¹² ibid. p. 59 DE ¹³ ibid. p. 73 C – 74 D (7. Nov. 1433)
¹⁴ ibid. p. 78 D – 79 D, 89 D (5. Febr. 1434)

autem summatim colliguntur ex hiis, que continentur in decretis huius concilii in publicis sessionibus sollempniter publicatis. Si quis vero inspicere velit ad contenta in tribus responsionibus¹ quas concilium in scriptis dedit ad tres legaciones sibi expositas ex parte pape, plenissime auctoritatibus^a et rationibus suffulta colliget de hac superioritate, que gracia compendii exhortatur^b omitti.

(143) Sed inducuntur ad principale intentum aliquae raciones, et presupponitur^a, quod^b sicut dicitur in dicta responsione secunda, quod hic articulus superioritatis¹, de quo sacrum concilium cum papa discep- tabat, concernit fidem, ita quod sine interitu salutis eterne negligi non potest; sed concilium iam declaravit in multis locis hanc superiorita- tem; ergo predictas bullas de presidencia², que^c huic manifeste contra- riantur, admittere non potest. (144) Et ex hoc patet responsio ad id, quod pro alia parte obiectum est, quod in omnibus indifferentibus tenentur fideles obedire pape ac stare ipsius disposicioni, sicque est materia de presidencia; patet, quod non est indifferens, cum manifeste contrarietur determinacioni^a ecclesie sancte in concilio Constancensi et aliis supradictis, que videntur consona esse fidei catholice ad eamque non modicum pertinere. (145) Item ad illud evangelii et apostoli, non esse contendendum de superioritate, quod manifeste intelligitur respectu proprii honoris; sed cum^a fidem ac divinum respiciat honorem, constat meritorium esse, et pro hiis ab inicio mundi fere omnes sanctos martires decertasse.

(146) Item nullus obligatur, ymmo non debet admittere id, ex quo sibi provenit interitus et sua destruccio. Hoc autem imminet concilio ex admissione dictarum bullarum. Patet: Duo enim sunt, que manuten- nent ac conservant concilia generalia in suo esse, potestas scilicet et libertas sive securitas; sed per huiusmodi bullas hec duo tolluntur. Primo enim adimitur potestas, quia secundum eorum tenorem potestas diffiniendi non in concilio, sed dumtaxat dicitur existere in presidentibus; secundo adimitur libertas et securitas, sine quibus tamen generale con- cilium non intelligitur rite et legitime celebratum. Patet: Si enim presi-

(142) ^a sic *H V 2, om. cett.* ^b hortatur *V 2*

(143) ^a supponitur *B 1.3* ^b *om. H* ^c superioritati add. *H V 2*

(144) ^a declaracioni *M V 1*

(145) ^a ad add. *B 3 M V 1*

(142) ¹ sc.: *Cogitanti* (*Mansi* 29 p. 239^B – 267^D), *Speravit hactenus* (*ibid.* p. 267^E – 273^C) *Hodie in nostra* (*ibid.* p. 273^D – 278)

(143) ¹ *Speravit hactenus* (*Mansi* 29 p. 272^E) ² cf. *Mansi* 29 p. 575^B – 578^D

dentes pape habent supra patres concilii coactivam potestatem, in ipsorum arbitrio erit ordinare et precipere, quis et quantum, nec alias licet ^a prout ipsis visum fuerit debeant ^b in concilio dicere, et que eis grata non videbuntur, nollent audire inhibendo ne de ^c huiusmodi quisquam loquatur, et quilibet eorum putabit illicitum esse dici ei: cur ita facis?, cum teneant locum pape, cui debent ista verba competere. Et sic in concilio generali non erit libertas loquendi obstante in presidentibus huiusmodi coactiva iurisdicione, non erit eciam securitas, cum ipsis competit potestas per censuras et alia iuris remedia compescendi ¹, quos sibi visum erit esse contradictores, insuper brachium seculare invocandi; et quia specialiter exprimitur de brachio imperiali ², videtur notari de impressione et incussione timoris singulariter contra patres concilii, cum additur *eciam si cardinalatus dignitate* ³; nec enim est verisimile, quod brachium imperiale invocari per presidentes debeat contra episcopos et cardinales existentes in Italia, Anglia vel Hispania, ubi ^d imperator non aderat.

(147) Item quod non expediret seu deberent admitti, facit allegamentum ^a ex parte mittentis ipsos presidentes, ex parte constitutorum ac ^b missorum, ex parte materie, super qua per concilium instatur, et ex parte finis, qui intenditur. Sed quia multa ex preteritis, que hoc probant et colliguntur ex predictis tribus responsionibus per concilium datis, commemorari non licet, ideo ab specificando sistit calamus.

(148) Item: Etsi diceretur a quibusdam, quod cum transissent vetera, scilicet disceptaciones ^a et discordie, que ^b fuerant propter dissolucionem, tum ^c quia iam novitas erat ex facta adhesione et ^d papa ^d intendebat concilium prosequi cum ^e omni favore et devocatione, ideo simpliciter recipiende erant dicte bulle de presidencia, fuit ab aliis inductum contra de ^f eo, quod de datis eiusdem diei, scilicet xviii kal. ianuarii anno incarnationis dominice MCCCCXXXIII, essent et bulla adhesionis ¹ ac prima et principalis de presidencia ², nec in una fiebat mencio de alia, et reducebatur ^g sic: Si primo papa concessit bullam de adhesione et post

(146) ^a nisi *add. H* ^b *debeant B 1.3, om. H V 2* ^c *om. H V 2* ^d *om. B 1.3 M V 2*

(147) ^a *allegatum B 1 M V 2* ^b *et H V 2*

(148) ^a *disceptacionis B 1.3 V 2, om. V 1* ^b *queque B 3 M* ^c *tamen V 2* ^d *om. V 1* ^e *cum usque recipiende om. V 1* ^f *pro H V 2* ^g *inducebatur H M V 1.2*

(146) ¹ cf. Mansi 29 p. 576 ^D ² cf. ibid. ³ ibid.

(148) ¹ cf. Mansi 29 p. 78 ^D – 89 ^C ² cf. ibid. p. 575 ^E – 577 ^B

<...>, ut videbatur, saltem in aliis duabus litteris de presidencia merito debuisset de ipsa adhesione facere mencionem. Si autem primo constituit presidentes et post adhesit, videbatur velle sapere vetera, scilicet opinionem de sua dissolucione prevalere debere, prout continetur in quibusdam clausulis dictarum bullarum, que videbantur se referre ad constitutionem de presidencia, quam fecerat dissolucione durante^h. Si vero simul utrumque fecisse diceretur, multo amplius erat dicere, quod fecisset mencionem de adhesione. Unde inferebatur sic: Aut papa constituit legatos suos presidere concilio, cui adhesit, vel quod asseruit dissolvisse concilium, cui adhesit. Videtur quod non, quia de hoc mencionem non fecit et quia manifeste videtur comprehendendi repugnancia inspectis tenoribus bullarum de adhesione et presidencia. In hiis enim dici appetit, quod potestas et auctoritas diffiniendi consistat solum in presidentibus³, ex bulla vero adhesionis elicetur contrarium, quia confitetur fuisse et esse legitimum concilium, cum tamen in eo non fuerint sui presidentes et sic secundum hanc opinionem necⁱ potestas vel auctoritas diffiniendi^k. Et^l sic^l bulle de presidencia non videntur se convenienter^m ac conformiter habere ad litteras adhesionis. Si vero dicitur constituisse presidentes ad concilium, quod dissolvit, ergo cumⁿ secundum illam opinionem non esset concilium antequam sui presidentes adessent, videtur, quod numquam adheserit, quia non erat concilium, cui adherere posset. (149) Item videbatur contrarietas ex eo, quod cum in ipsis litteris de presidencia dicitur intendendum esse ad reformacionem ecclesie in capite, istius reformacionis que ipsi pape ac presidentibus suis dumtaxat iudicium competeret ex communi maxima, quod nemo iudex in causa sua, specialiter unice ac solitarie. Hinc est, quod dicte bulle de presidencia quasi non conformiter aut^a contrarie^b se habentes ad bullam de^c adhesione videbatur, quod non essent admittende, attento eciam, quod in aliquibus clausulis videbantur sapere materiam bulle asserte^d *Deus novit*^e 1. (150) Nec videtur obstare, quod

(148) ^h secundum illam opinionem add. H V 2 ⁱ fuerat in concilio add. H V 2
^k unde manifeste inducitur add. H V 2 ^l om. H V 2 ^m consequenter H V 2
ⁿ non V 1

(149) ^a ac B 3 M ^b consequenter H M V 1 ^c sic H V 1, om. cett. ^d inserte B 3
^e quam papa revocaverat in toto inserto eius tenore de verbo ad verbum add. H V 2
(150) ^a tamen B 1.3 M V 1 ^b in add. B 3 M ^c quodque universale esset facturus
absque consensu patrum add. H V 2

(148) ³ cf. ibid. p. 576^C ⁴ cf. ibid. p. 78^E

(149) ¹ Mansi 29 p. 82^D – 89^B

bullae de presidencia in persona dicti domini legati, que a principio fuit recepta in concilio, erat similis istis litteris, quoniam multa per pacientiam tolerantur, que si in disceptacionem iudicii adducantur, non transseunt. Tunc enim non fuerat contencio de superioritate inter concilium et papam nec questio de auctoritate generalium conciliorum tum ^a fuerat elucidata, et tunc vix poterat dici esse concilium, sed incipiebat congregari; ipse eciam legatus, prout a multis assertum est, professus est nolle uti in ipsa bullae expressa coactiva ^b iurisdicione ^c, nec tunc erant multe circumstancie, que pro nunc ab admissione retrahunt.

(151) Ex premissis visum fuit dictis dominis ^a deputatis, qui fuerunt in maiori numero, quod pars negativa questionis esset vera, videlicet quod salvis auctoritate et libertate generalium conciliorum, specialiter Constanciensis et huius, ipsorumque decretis ac preeminencia potestatis, que in ecclesia residet supra cunctos fideles, presidentes in ipsis bullis nominati ad presidenciam per ipsos petitam non deberent vel possent admitti illarum vigore.

(152) Hec supradicta, etsi non omnia ac integre (specialiter quoad auctoritates ^a prout hic inserte sunt), prefata die fuerint exposita in dicta deputacione, fuerunt tamen pro maiori parte et ^b eo servato ordine, nec fuit seu est de intencione ipsius referentis ^c in omnibus et singulis supra premissis verbo aut scripto temere asserere quicquam molesti seu ambigui iuris vel facti, sed ^d plurimorum instacia rogatus posuit manum ad calatum ^e.

(153) Post vero ^a factam relacionem in ipsis deputacionibus de dicta discussione super materia bullarum de presidencia cum serenissimo domino Sigismundo imperatore Romanorum pro tempore in concilio presenti ac cum ipsis nominatis presidentibus diu fuit practicatum per diversas cedulas oblatas et ^b qualificatas de modo recipiendi ad presidenciam supranominatos quinque ex presidentibus, qui erant presentes; tandem cum maior differencia foret super decretis concilii Constanciensis de auctoritate et potestate generalium ^c conciliorum, imperator quinta die aprilis dedit deliberandum per deputatos concilii cedulam tenoris sequentis: (154) Avisamenta serenissimi domini imperatoris super admissione presidencium sanctissimi domini nostri ^a: Primo, quod ambasiatores

151) ^a om. H

152) ^a et quasdam modificaciones add. H V2 ^b om. M ^c inferentis B 1.3 V1

(^d Ende von B 3 ^e et subicit se debite correcccionis indicio add. H V2

(153) ^a ac eciam ante add. H V2 ^b hinc inde add. V2 ^c om. M V1

((154) ^a pape add. H V2

sanctissimi domini nostri pape incorporentur nominibus propriis et iurent sicut alii et specialiter decretum sacri concilii Constanciensis, quod incipit etc. Secundo, admittantur ad presidenciam cum clausulis alias datis excepto iuramento et clausula de revocatione decreti dicti. Tercio, quod in illa sessione, in qua renovabitur illud decretum, si de ipso innovando deliberatum fuerit, qui de presidentibus voluerint interesse, intersint, alii non cogantur. (155) Post hec incidit eciam non parva disceptacio super certa clausula, que in decreto admissionis ponebatur et habita concordacione ^{xxiv^{ta} eiusdem mensis dicti ambasatores iurarunt concilio quinque clausulas prout alii et ultra hoc, quod ^a manutenerent ac defenderent dictum decretum concilii Constanciensis ¹. Et xxvi die dicti mensis aprilis fuit solemniter celebrata sessio ^{xvii^{ma} eiusdem concilii super admissione dictorum presidencium ac publicatum super eo decretum tenoris sequentis: *Sacrosancta generalis synodus Basiliensis* ² etc. Postremo vero quoad hanc materiam super renovacione dicti decreti Constanciensis xxvi die mensis iunii fuit celebrata xviii sessio eiusdem concilii et publicatum ^b in forma sequenti: *Sacrosancta* ³ etc. ^c}}

(155) ^a om. V 1 ^b decretum add. H ^c et sic est finis add. V 1

(155) ¹ cf. Mansi 29 p. 409 A-D ² ibid. p. 90 B-B, COD p. 452,25–453,23 ³ ibid. p. 91 B-D, COD p. 453,24–35